



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79340)

I.

TITULUS I. JACTURA RERUM TEMPORALIUM.

§. I.

*Aequū animō ferenda**Ex Veteri, & Novo.*

Tunc surrexit. Job. 1. 20. Divitiarum amissio est gravis oneris depositio. Hugo Card. hic.

Extende paululum manum tuam. Job. 1. 11. Sub vocabulo paululum intelligit dæmon omnia terrena bona, quibus florebat Job, ut interpretatur S. Gregorius l. 2. mor. c. 5. S. Thomas Aqu. Pineda. Bona omnia Jobi vocat paululum; quia non animæ. Sylveira in Matth. 16. c. 7.

Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est. Job. 1. 21. Abstulit, quæ dedit; nunquid periit, qui dedit? Tanquam diceret: abstulit omnia, auferat omnia; nudum dimittat me, & servet mihi se. Quid enim mihi deerit, si Deum habuero? aut quid mihi alia profunt; si Deum non habuero? S. Aug. l. 1. de Symb. c. 3.

Non timebo, quid faciat mihi homo: in me sunt Deus vota tua, quæ reddam, laudationes tibi. Pl. 55. 11. 12. Optimè sciebat Propheta, quod non tam sua Deus, quam seipsam, volebat. Et ideo ait, non timere se mala omnia ab homine inferenda: quia, licet hostis omnibus spoliaret; adhuc ad sacrificandum Deo seipsum retinet. S. Aug. hic: quæ vota reddam laudis tibi? Amo Deum meum: nemo hunc mihi eripit. Et meritò dicitur in illa superiori fiducia, quid faciat mihi homo: Sæviat homo; quid est ablaturus? aurum, argentum, pecora. Nunquid auferet vota, quæ reddam laudis Deo? Hugo Card. *non timebo, quid faciat mihi homo* exteriùs, cum bonum interius non possit surripere; per quod tibi placeo: quia in me, non extra, sunt Deus vota tua; illa scilicet, quæ desideras. Sylveira in Matth. 4.

Super hoc cælum turbabo, & movebitur terra de loco suo, propter indignationem Domini exercituum, & propter iram furoris ejus. Il. 13. 13. Nullus frangi debet, cum audit, quia disperdet Deus orbem terrarum: quia angustus est animi ejusmodi opinio. Nam, si altius spectes, invenies hoc esse pro nobis, quod putas esse contra nos. Judicabis hoc esse pro Mundo, quod adversum Mundum arbitraris. In bono disperdet orbem terrarum: erit enim cælum novum, & terra nova. Sanct. Ambr. lib. de Elia & jejun. c. 7.

Date, & dabitur vobis. Luc. 6. 38. O præclarā negotiationem! qualia contemnen-

tes, qualia recipimus? Sanct. Gregor. Naz. epist. 21.

Surgens venit ad patrem. Luc. 15. 20. Fames revocat, quem saturitas exularat: fames illi patrem dedit sapere; cui copia tulerat sentire genitorem. S. Chrysol. l. 2.

Ut ergo audivit, quia infirmabatur, tunc quidem mansit &c. Joan. 11. 6. Non dolendum de malo, quod reparari potest. Non multum movet Jesum amici morbus licet lethalis; quin potius eò intellectò immobilis manet, sese eòdem modò, ut antea, gerens. Quò docemur, indigna esse dolore mala, quæ solvenda, & reparanda, certò veniunt. Bæza t. 2. l. 8. c. 3. §. 9.

Absq; Synagogis facient vos. Joan. 16. 2. Rei unius jacturam leviorē facit lucrum aliarum. *Absq; Synagogis &c.* Glossæ ambæ: sed nē timeatis solitudinem: quia tot acquiretis, ut pro eis videamini ad gloriam Dei occidendi. Ejectis è Synagoga Discipulis, hoc vult Dominus esse eis solatio, quòd à Judæorum consorcio exclusi innumeros in Ecclesiam adducturi sunt. Did. Niff. D. infra Ascens.

Expedit vobis, ut ego vadam. Jo. 16. 7. Prudenter rerum leviorum jacturam æquanimiter ferimus, ut lucrum faciamus majorum. Absentia Christi corporalis quædam jactura erat; sed hoc nomine facile tolerabilis; quòd nisi ille abiret, advenire Spiritus S. non posset. Didacus Niff. D. 4. Pasch.

Modicum, & jam non videbis me. Joan. 16. 16. Dum vita cælestis non perditur, parva sunt, & modica, omnia alia detrimenta. Bæza t. 3. l. 14. c. 22. §. 1.

Forfitan ideo discessit à te, ut æternum illum reciperes. S. Paulus Philemoni de Onesimo v. 15. S. Hieron. Si dominum non fugisset, nunquam venisset Romam, ubi Paulus erat vincus in carcere. Si Paulum in vinculis non vidisset, non recepisset fidem in Christum. Si Christi non habuisset fidem, nunquam Pauli effectus filius in opus Evangelij mitteretur. Ex quo paulatim, & per gradus suos, minister Evangelij est factus Onesimus; quia fugit à domino. Did. Niff. D. 4. Pasch.

Ex Patribus, & aliis.

Libenter terrena amittamus, cælestia tuamur. Totum licet sæculum pereat, dum patientiam lucrificiam. Tertullianus l. de pat. cap. 7.

Non

Non est ille tibi ablatum, qui dedit; quamvis tibi ablatum fuerit, quod dedit. S. August. in Pl. 32.

Homo, qui prosperis rebus proficit; asperis quid profecerit, dicit. Cum enim mutabilitatem bonorum adest copia, non eis confidit: sed, cum subtrahuntur, agnoscit utrum eum non coeperint. Quia plerumque, cum adsunt nobis, putamus, quod ea diligamus; sed, cum abesse coeperint, invenimus, qui simus. Idem l. de vera Relig. c. 47.

Elifæus aspiciens Magistrum suum assumi, discit vestimenta sua: non enim habebat aliquid adstantem sibi, atque dicentem; quod iterum reversurus esset Elias. S. Chrysost. S. de Ascens.

Ideo (Fideles) comparantur ovibus; quia Mundi exuvia sine aliquo sensu doloris amittunt: nam sicut ovis tondentem se non increpat; ita nec justus cupiditatem se expoliantis acusat. Cassiodorus in Pl. 8.

Sunt multæ rationes, quare Dominus justos exponat tribulationibus, & auferat eis temporalia. Prima est, ne temporalibus adhaerant, & Deum derelinquant: sicut corvus non rediit ad Noe in arcam; & dicitur, quod cadavere aliquod illectus fuerit &c. Hugo Card. in Plal. 40.

Ad Senis cujusdam monasterium latrones ingredienti dixerunt ei: omnia, quæ in cella sunt, tollere venimus. At ille ait: quantum nobis videbitur filij tollite. Tulerunt ergo, quidquid invenerunt in cella, & abierunt. Obliti sunt autem Sacculum, qui absconditus erat in cella; quem senex tollens, secutus est eos, dicens: filij tollite, quod obliti estis in cella. Illi vero admirantes patientiam ejus, restituerunt omnia, & poenitentiam egerunt. Sanct. Bernardinus f. 28. Act. 3.

De S. Spe Abbate cæco per quadraginta annos ait Sanct. Gregorius 4. Dial. 10. Deus

venerabilem senem, dum exterioribus tenebris premeret; internam nunquam luce, & consolatione, destituit.

§. II.

Jactura labore partorum molesta.

Frustrâ feretis sementem, quæ ab hostibus devorabitur. Levit. 26. 16. Non dixit Dominus, non feretis; sed *feretis*, & *frustrâ feretis*: ut gravius esset supplicium, & poena acerbius. Joan. Cluniac. l. 51.

Prezium meum cogitaverunt repellere cucurri insiri. Psalm. 61. 5. hæc querelarum contra Saul maxima erat. De quo pretio loquitur? Lyran. pretium suum vocat duas filias Saulis, quarum primam promisit sibi dare in pretium pro bellis contra Philisthæos; & secundam, quam dedit David pro centum præputiis Philisthinorum. Pro earum amore David multas molestias, periculosa certamina, sitim, famem, tulit. Didacus Nißen. ser. 2. D. Refurr. §. 5.

Clamabat. Luc. 8. 8. JESUS memorans perditionem feminis. Illo clamore acerbum animi dolorem testatus fuit. Quid doluit? Verbi sui jacturam; cujus tres partes de quatuor pereunt. Sicut si ager medicinam propriis sumptibus longò studio paratam effundat. Idem ibid.

Fili, recordare &c. Luc. 16. 25. Tu vocas patrem, ego voco filium; ut te graviter doleas perdidisse, quod natus es. Adhuc voco filium; ut amari doleas, perdidisse te, quod tibi gratia dederat, & natura: quia non habuisse, doloris non est tantum, quanta habita mœroris est perdidisse. Sanctus Chrysológus sect. 123.

Vide tit. Paupertas. §. 18.

TITULUS II. I D O L A.

Seu

IDOLOLATRIA.

§. I.

Origo.

Sunt quatuor causæ Idololatriæ: 1. Imbecillitas intellectus, non valens corporalia transcendere; ideo pulchrioribus attribuit divinam cultum. His accidit, quod, eunti ad curiam regis, credit quemcumque bene indutum regem esse. 2. Adulatio, quæ regibus, & dominis, divinum cultum præstiterunt. 3. Carnalis affectus ad filios, & consanguineos; quibus post mortem statuas posuerunt. 4. Malitia diaboli. Multi non ore, aut corde, sed factis, plures deos credunt: qui corpora cœlestia putant in voluntatem hominis

influere: qui obediunt regibus plus, quam Deo: qui filios plus diligunt, quam Deum. Venefici, magi, incantatores. S. Thomas Aqu. O. pusc. 3. c. 2.

Quibusdam imaginibus posuerunt idololatriam virtutem præstandi honores, seu dominationes, atque prælationes; aut artes, aut eloquentiam. Et imagini muscæ, sub certa constellatione sculptæ, attribuerunt virtutem fugandæ muscæ ab omni loco, in qua ipsa foret. Similiter & imagini scorpionis fugandæ omnes scorpiones à civitate, vel regione, in qua sculpta esset. S. Bernardinus t. 1. f. 10, art. 1.

§. II. Di-

§. II.
Diversa.

Non facietis deos argenteos, nec deos aureos. Ex. 20. 23. Philo Hebr. l. 1. de Mona. Figuratè docens divinos honores non convenire divitijs : feruntur enim ultro citroque ventorum in morem.

Statuerunt eam juxta Dagon. 1. Reg. 5. 2. Quis? & qualis Dagon? Fuit præcipuus Philistinorum Deus. Derivant aliqui Dagon à *Daga*, id est, *piscis*, quòd idolum hoc piscis figuram haberet. Cum enim Philisthæi essent accolæ maris, piscationi dabant operam: ideoque fabricarunt, & coluerunt Dagon, quasi piscium, & piscationis, præsidem. Lyran. Abulens., Serarius &c. censent Dagon esse Venerem. Cornelius in 1. Reg. 5. 2.

Amantissima eorum non proderunt eis. II. 44. 9. Tropologicè idolum avari est pecunia, ut ait Sanct. Paulus. Idolum gulosi est venter; idolum superbi est honor. Cornelius hic.

In Beelzebub principe demoniorum. Luc. 11. 15. Beelzebub, juxta S. Hier. Eccl. 10. idem est, quod habens muscas, vel vir muscarum, aut idolum muscarum: quia propter victimarum sanguinem, multæ in illius fano muscæ. Idololatæ, qui in suis sacrificijs à muscis vexabantur; ad abigendas, colebant Deum Beelzebub. Corn. in Ex. 27.

§. III.
Miscellanea.

Arripiens, vitulum - contrivit usq; ad pulverem &c. Ex. 32. 20. Olesiter: crediderim, quòd, ut eis idololatria nauferet, induceret, voluit ut pulveribus idoli sui fatiarentur. Sic permittit Deus, ut peccatores suis peccatis repleantur; ut ea postea evomant, & fastidiant. S. Hieron. ep. 12. ad Gaudentium: cupientibus Ægyptias carnes; usque ad nauseam, & vomitum, præbuit examini: coturnicum; ut eas postea satiati contemnerent.

Simulachra gentium argentum, & aurum. Psalm. 113. 4. &c. Licet inventantur & ænea, & lignea, simulachra; utilibus tamen illud elegit, quod gentilitas judicabat reverentius adorandum: ut erubesceret, colere viliora; quorum & pretiosa probantur irrita. Casiodorus in Pf. 112.

Principale crimen generis humani, summus Sæculi reatus, tota causa Judicij, idololatria. Tertullianus l. de Idol. initiò.

In templo cordis tui non statuas statuas Dagon cum arca sanctificationis; non filium Veneris, cum Filio Virginis; non Beelzebub cum JESU. Petrus Cellens. l. de panib. cap. 4.

Vide tit. Dij.

TITULUS III.
JEJUNIUM.§. I.
Symbola, & Similitudines.

Inane, & cavum intrinsecus facies illud. Ex. 27. 8. Non solidum, sed inane. Concavum altare, est cor poenitentis, ubi debet immolari sacrificium laudis, quod quidem non debet esse solidum, id est, delicijs plenum; sed inane, & concavum, id est, poenitentia, & jejuniò, attenuatum, S. Bonavent. diat. sal. c. 15. de Jejun.

Dies Sabbathi, id est, requies Domini. Deut. 5. 14. Sit jejuniùm Sabbatum nostrum, & laborum requies; qui per totum annum ministrantibus servis continui sunt; Isidorus Clarus. l. 1. Or. 8.

Præcidit lignum, & misit illud. 4. Reg. 6. 6. Admirandum spectaculum in cœlis est Monachus super terram, angelicam degens vitam. Lignum aridum, ex mandato Elia ferrum securis de profundo aquæ extraxit: corpus autem Monachi, quod jejuniò exaruit, animam de profundo sursum attollit. S. Ephrem. Paræn. 1.

Tu autem, cum jejunas, unge caput tuum. Matth. 6. 17. & faciem tuam lava. S. Zeno l. de jejun: habet etiam sacramenti plurimum modus ipse; quò ad jejunandum

instituimur, & formamur. Aquæ, & olei, usus aliquem Sacramentalem ritum innuunt Baptismi: quò denotatur gratiæ eminentia, quæ per jejuniùm comparatur.

§. II.
Jejunij præstantia.

Sancti estote. Levit. 11. 44. id est mundi. Nota: temperantia, & abstinentia à cibis vetitis, vocatur hic Sanctitas, id est, puritas: quia cibi vetiti censentur immundi, polluti, & execrabiles, ac comedentem contaminare. Ità Sanct. Bernardus f. 22. in Cant. Cornelius hic.

Cum jejunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Matth. 4. 2. Quia sic videt jugiter jejunantem, proclamat, si *Filius Dei es.* S. Chrysol. f. 13.

Nisi per orationem, & jejunium. Matth. 17. 20. Perpende hinc, quanti fiat à Deo jejunium; ex hoc, quòd ad opera ardua jejunij concursum requiri explicavit. Cajetan. hic.

Adversarius inimicus in promptu est; jejunemus, ut vincamus. Solent homines, quotiescunque necessitatem diquam arduam patiuntur, ad maximas gentes, auxilij causâ, declinare legatos. Nos, quod est melius, legationem ad Deum

Deum per jejunia destinemus. S. Ambr. de Elia, & jejun. c. 7.

Semper virtuti cibus jejunium fuit. S. Leo l. 2. de jejun. dec. mens.

Per jejunium ordinatur homo ad seipsum, per orationem ad Deum, per elemosynam ad proximum. S. Bernardinus l. 5.

Jejunium, in quo est mortificatio carnis, cum Christi carne conformitatem habet, quæ morti tradita est. Hugo Card. in c. 7. Matth.

§. III.

Jejunium conducit corporis valetudini.

Et factum est omne tempus, quod vixit Adam, anni nonaginti triginta. Gen. 5. 5. Unde tam longavi tunc homines? Perierit: sobrietas: neque enim carnibus, aut vinò, utebantur.

Ut sciat, quid comedere, & quid respicere, debeatis. Levit. 11. 47. Cur tanta de cibis vitandis cura? Oleast. Unde, quæso, ò homo meruisti Deum medicum habere? Percurte c. 5. Gen. ab Adamo ad Lamech, ibi vita hominum ultra septingentos annos prorogata. Ratio multiplex Lyrano: secunda est, quia temperatè vixerunt. Velloso in Judith 1. Parænet. 2.

Maducare panem. Luc. 14. 1. Christus invitatus fuit à viro nobili. S. Thomas Aqu. 3. p. q. 14. a. 4. ait Christum D. bene valuisse, quia semper ei tenuis mensa fuit.

Abstinencia, & jejunium, sanitas est corporis, valetudo membrorum, mors culpæ, fundamentum castitatis, ac vitæ diuturnitas. S. Laurentinus Just. de sobriet. c. 2.

Ferunt, Galenum decimæ dici abstinentiam, locò efficacissimæ, & saluberrimæ, medicinalis curæ, indixisse: nec facile posse, nisi corruptionis naturæ sit, morbis gravioribus subiacere qui decimâ quaque die ab omni cibo abstinet, aut simplicissimâ dietâ transigit vitam. Et Cælius Rhodiginus l. 30. Antiqu. lect. c. 12. memoriæ proditum est, Galenum centum quadraginta annos vixisse; tantæque in cibo, & potu, abstinentiæ usum, ut ad satiætem nunquam comederit, aut biberit. Cornel. in Eccl. c. 18.

Jejunium vernum etiam sanitati corporis conferre, doctè ostendit D. Virings Medicinæ Professor Lovanienfis in lib. de jejun. medic. Eccl. in vere enim ebullit sanguis, & humores cæteri; qui febres, aliosque morbos, procreant; nisi jejunio, & abstinentiâ, & piscium frigore, retringantur. Cornelius in Matth. 4.

§. IV.

Jejunium prodest anime

Ex Veteri, & Novo, Patribus, & aliis.

Cepit suis iniquitate, & impietate sua. Pl. 72. 6. Ipsum jejunium operimentum est; Denique nisi Sanctum Joseph

Boyanth. Sacr. Tom. I.

textisset sobrietas jejuna, adulteræ protervitas exuisset. Quò jejunio si se tegere voluisset Adam, nudus non fuisset effectus. Sanct. Ambrosius hic.

Ossa arida audite. Ezechiel 37. 4. 5. *intromittam in vos spiritum.* Ossa arida sunt personæ abstinentes à delicijs: in istos mittit Deus Spiritum Sanct. S. Vincent Ferr. f. 1. in Pent.

Fame pere. Luc. 15. 17. Fames vocat, quem saturitas exularat. Et, si tantum præstitit vel in vita fames; probate, quid voluntarium possit conferre jejunium. Sanct. Chrysol. l. 2.

Quotquot viros virtutum vidimus, sine jejunio non legimus ascendisse: nec aliquid magni moliti sunt, nisi prius abstinentia præcessisset. Quoties aliquid à Deo obtinere conati sunt, jejunio incubuere, & lacrymis, & pernoctantes in orationibus, ciliis carni hærentibus, supplices beneficia postulârunt. Si Moysen, & Aaron, & Samuelem, hodie haberet Ecclesia; cum invocarent, exaudirentur, ut orantibus Job, & Noe, & Daniele, populo parceretur. S. Cyprianus de jejunio Chr.

Jejunium refectio animæ, cibus mentis, est. S. Ambros. l. de El. & jejun. c. 2.

Ipsa sicca anima, est sapientissima, & optima. Clemens Alex. l. 2. pædag. c. 2.

Ad divitem Dei gratiam pervenitur jejunâ, & sterili paupertate membrorum. S. Dorotheus Eucharistico de vita sua.

Jejunium animæ nostræ alimentum est: & sicut corporalis iste cibus impingat corpus; ita & jejunium habiliorem efficit, & valentior. Leves ei pennas producit, ut in sublime feratur, & summa contemplari queat; voluptatibusque, & omnibus, quæ in hoc Mûndo habentur, sua via, ipsa sit superior. S. Chrysol. hom. 1. in Gen.

Jejunium est animarum nostrarum tranquillitas, senum decor, adolescentium pædagogus, continentia magister: quod omnem ætatem, & sexum, quasi diademate quodam ornat. S. Chrysol. hom. 2. in Gen.

Sta tantum prope jejunantem; & ipsius statim odoris suavitatem sensisti: unguentum enim jejunans est spirituale; & per oculos, & per linguam, & per omnia, bonam animæ demonstrans dispositionem. Idem hom. 10. ad pop. Antioch.

Ob id etiam jejunium bonum est, quòd omnem circumcidit animi sollicitudinem; & eam, quæ circa mentem effunditur, curam humilium, abjectarumque rerum, contrahens facit, ut tota in se ratio ipsa vertatur. Idem lib. de Virginit.

Ebrietas, & luxuria, stantem everterunt civitatem; commotam solidavit jejunium. Idem hom. de jejunio; vide ibidem plures jejunii laudes.

A tempestate, & procella, quam ebrietas generare solet, liberati, in portum animarum nostrarum, jejunium, inquam, pertingere contingat. Id. hom. 1. in Gen.

T r t

Q u e m

Quemadmodum leviores naves mare velocius transeunt, contra multis oneribus gravatae submerguntur: ita jejunium, quidem leviozem reddens mentem, efficit, ut facilius hujus vitæ pelagus transmittat. Id. ib.

Rectè vivendi principium est temperantia. S. Nilus de instit. Monachi or. 1. de gula.

Jejunium est singulare sanctitatis aratum; colit corda, eradicat crimina evellit delicta; vitia subruit, charitatem ferit, copiam nutrit, parat innocentia messem. Sanct. Petrus Chrysol. l. 31.

Jejunia sunt gratia Dei primordia, salutis remedia, castitatis fundamentum. Hæc vitam imitantur angelicam; his reficiuntur animæ; per hæc moriuntur culpæ. Sanct. Eligius hom. 3.

Sicut exsiccatum lutum jam non porcis usui esse potest ut ibi se volent: ita & caro, per abstinentiam marcida effecta, demonibus ultra non præbebit in se quiescendi locum. Joan. Climacus gr. 25.

Jejunium non cibis definitur modo, quin omni seclerum abstinentia. B. Theodorus Studita l. 54.

Jejunium est, sicut agilitas in avicula: nam sicut avis macilenta est agilis ad fugiendum accipitrem; sic mens hominis jejunantis est habilis ad fugiendum hostis tentationem. S. Bonav. diæt. sal. l. 15. de jejunio.

Quarta feriâ creata sunt sol, & luna; & ita Ecclesia illuminata est. Inde quatuor tempora quarta feriâ incipimus semper, & quarta feriâ Quadragesimam. Idem in Pl. 92.

Quod corpori afferre solet exquisitus, & elegans ciborum delectus; id animo jejunium. Isidor. Clarius or. 8.


Jejunium ingenium acuit, menti splendorem affert, auget memoriam; disciplinas in animum introducit. Idem. ib.

Quia terra de sui natura totaliter est sicca, & arida; providit Deus, ut ad fructus profectus, infundatur cœlesti pluvia, & sic fiat fecunda. Sic nostri cordis terra, si ab humore luxuriæ per abstinentiam cibi, & potus, fiat arida; superfundetur cœlestis gratia pluvia, fietque fertilis ad producendos spiritualium operum fructus. Geminiani l. 1. Similitud. cap. 1.

Aer, quanto magis & vaporibus, & nubi- bus, plenus; tanto magis est obscurus: quantoque magis est vacuus, tanto est magis serenus: & ideo in Olympo est serenissimus; quia dicitur omnes vapores, & nubes, excedere. Sicut autem obscuratur serenitas, & claritas aeris, ex repletionem vaporis; sic etiam obscuratur sensus hominis ex nimia repletionem ciborum. Idem ibidem.

Dum caro jejunat, anima Bacchanalia celebrat: corporis enim defectus, profectus est spiritus. Didacus Niss l. 2. die Ciner.

Muscum Organum. Lem: *Per inaniam Spiritus.* Bovius.



§. V.

*Jejunium animæ delicia.**Ex Veteri, & Novo.*

Ecce currus igneus. 4. Reg. 2. 11. Quis humanâ virtute equos igneos, currus igneos, potuisset ascendere? regere currus aereos? nisi qui naturam humani corporis incorruptibilibus jejunii virtute mutasset? Incert. Auth.

In terra æseria. Pl. 62. 3. S. Ambros. l. 37. in Quadr. desertum plane quoddam ipsum corpus nostrum, cum abstinentia marcescit caro. Tunc Christus habitat desertum pectoris nostri; cum nostram terram fame squalidam, ac siti aridam, esse reperit.

Exussit flammam ignis &c. Dan. 3. 49. Cum furerent fornacis incendia, ubi quæ jejunii ingressi sunt, discessit ardore flammarum, in medio fornacis flatum roris spiritu refrigerantis spiritu hausere; ita ut eorum nullus capillus exurereetur: quia illam quoque jejunia comam paverant. Sanct. Ambrosius de Elia, & jejunio cap. 7.

Moyse, & Elia cum eo loquentes. Matth. 17. 3. Ob jejunii consortia, Moyse, & Eliam, transfiguratus in monte secum ostendit in gloria. S. Hieron. l. 2. adv. Jovin. Merito etiam in carne se Dominus ostendit. Moyse collegæ juniorum suorum; non minus & Elia. Tertull. lib. advers. Pŷchicos.

Erās tribus diebus. non manducavit, neq; bibit. Act. 9. 9. & sublatus est in tertium cœlum, & raptus est, usque ad paradysum. Et Petrus Act. 10. 10. *Cum esuriret, cecidit super eum mentis excessus.* Quotquot viros virtutum vidimus, sine jejunio non legimus ascendisse; nec aliquid magnum moliti sunt, nisi prius abstinentia præcessisset. S. Cyprian. lib. de jejun.

Scio hominem. raptum hujuscemodi usque ad tertium cœlum. 2. Cor. 12. 2. Quæ virtus eum ad hunc raptum disposuit? jejunium. Sylveira in cap. 6. Matth. Paulum jejunium, quod in suarum angustiarum prædicatione commemorat, in cœlum evexit. Sanct. Basil. Or. 1.

Ex Patribus.

Afflictio paululum exteriori homine reficitur interior; & subtracta carni saturitate corporeâ, spiritualibus mens deliciis roboratur. S. Leo l. 1. de Quadr.

Jucundi sunt juniorum dies, spirituale animarum ver. & fidissima tranquillitas animorum. Sanct. Chrylost. serm. de jejun. & lectione Genesis.

Quis jejunium non prædicet? Jejunium res sancta est, opus cœlesti, janua regni, forma futuri; quod qui sanctè agit, DEO jungitur, alienatur Mundo, spiritualis efficitur. Sanctus Isidorus de offic. Eccles. l. 1. cap. 42.

Est je-

Est jejunium similitudo quædam angelorum; qui nunquam esuriunt, neque comedunt. Assimilatio ad Christum, & pars quædam glorificationis corporis; quod esurire nequit, cibo non indiget. Est naturæ libertas, à gula redemptio, subtractio in parte armorum diaboli; manufactudinis pars, & humilitatis occasio in gestibus, & in verbo. Et evigilare corpus, & animam, sæpe ad Deum, jejunium fecit. Simon Cass. l. 10. c. 36.

§. VI.

Jejunium revocat ad paradysum.

Sollicitè providendum est; ut, quos futuritas de paradiso expulit; reducat esuries. S. Hier. ep. 22. ad Eustoch.

Beatitudo paradisi absque abstinentia cibi non potuit dedicari. Quamdiu jejunavit, in paradiso fuit; comedit, & ejectus est. S. Hier. l. 2. adv. Jovinianum.

Quemadmodum propter cibum ejectus est Adam à paradiso; sic rursus per jejunium, qui vult, ingreditur paradysum. S. Athanasius Alex. lib. de Virginit.

Quando non jejunavimus in paradiso, ejecti sumus. Jejunemus ergo, ut ad ipsum revertamur: nonne vides Lazarum, quomodo per jejunium paradysum est ingressus. S. Basilius l. 1. de jejun.

Gula de paradiso regnantem expulit, abstinentia ad paradysum revocavit errantem. S. Ambrosius l. de Elia & jejun. c. 4.

Gula cælum nobis claudit; sed jejunium illud nobis aperuit: in hujus mysterium post jejunium Quadragesimæ statim Resurrectionis gloria celebratur. Sanct. Bernardinus t. 1. f. 5. a. 1.

Nunc est tempus jejunandi, quia Vigilia est summæ solennitatis: tunc autem erit tempus comedendi; quia tunc erit solennitas, & erit solenne convivium, de quo dicit II. 25. 6. *faciet Dominus exercituum - convivium pinguium &c.* Hugo Card. Eccl. c. 10.

§. VII.

Jejunium imitatur Angelos.

Jejunium Angelorum vita est: qui illò utitur, in Angelorum ordine est. S. Athanasius Alex. l. de Virginit.

Si Angelorum cibus est aliquis, panis est, ut ait Propheta Psalm. 77. 25. *panem Angelorum manducavit homo.*

Non carnes, non vinum, non denique quæcunque iis, qui ventri student, curari solent. S. Basilius l. 1. de jejun.

Jejunium Angelorum imitatio est pro nostro virili. S. Chrysost. l. 1. de jejun.

Semel in die comedere, est vita Angelica; bis, vita humana; pluries, vita brutorum. Hugo Card. in Luc. 17.

Polyant. Sac. Tom. I.

§. VIII.

*Jejunium jurvat orationem.**Symbola, & Similitudines.*

Levit. 14. 3. 4. 5. Jubeat divina lex offerri Deo duos passeres: quorum unò immolatio, alterum liberum avolare permitterent. His corpus, & anima, significantur; adeoque unum cædi, & immolari debet Deo, juxta illud Coloss. 3. 5. *mortificate membra vestra, quæ sunt super terram*: alterum liberum esse, ut ad Deum, alis contemplationis evehctus, avolet. Paulus Act. 9. 9. erat tribus diebus non manducans, neque bibens, & raptus est in tertium cælum. Doultreman l. 5. c. 2. S. 5.

Orans cum jejunio geminas habet alas & ipsis quidem ventis leviores. S. Chrysost. hom. 71. ad pop. Antioch.

Qui vult orationem suam volare ad Dominum, faciat illi duas alas, jejunium, & eleemosynam; & ascendet celeriter, & exaudietur. S. Ildorus Originum l. 6. c. 19.

Sobrius oratio volat ut aquila. S. Nilus lib. ascetico orat. de gula.

*Testimonia.**Ex Veteri, & Novo.*

Surrexit Anna, postquam comederat, & biberat, oravit ad Dominum. 1. Reg. 1. 9. 10. Non ivit à cœna ad risum, & jocos: ita se refecerat, ut cibus non impediret studium orandi. S. Chrysost. hom. de Anna: quod omnes tempus facerent relaxationis, illa fecit tempus deprecationis; post convivium accurrens ad supplicationem. Velloso in Judith. 6.

Bona est oratio cum jejunio. Tob. 12. 8.

Humiliaverunt animas suas in jejunijs, & orationibus. Judith. 4. 8. Vim suam sumunt preces à mensâ tenui; utpote quæ volat facile mens defœcata ad Deum. Velloso hic.

Posui faciem meam ad Dominum Deum rogare, & deprecari in jejunio. Dan. 9. 3. Hoc edoctus B. Daniel, jejunio, & sacco, & cinere, quasi alis instructas, preces Deo offerebat. Theodoretus hic.

Jejunio, & observationibus serviens. Luc. 2. 37. Utrumque junxit, & pinguem orationem, & mensam tenuem; ut novetis, jejunio maxime adjuvari orationem. Velloso in Judith. 4. v. 8.

Ex Patribus.

De victu parco, & potu sobriò, divinis dignationibus admonemur: scilicet nè largioribus epulis mens gravata, minus ad preces orationis evigilet. S. Cyprian. l. 4. ep. 4. ad Cler.

Jejunium preces nostras subvehit in cælum; dum illis alarum vice sit, quò sursum ferantur. S. Basilius hom. 1.

Tit t 2

Qui

Qui jejuna, levior est; & vigilanter orat. S. Chrysoft. hom. 58, in Matth.

Jejunium adjuvatorum est orationis: quia oratio sine jejunio gracilis est, & infirma. Id. hom. 15, in Matth.

Solent quidam homines, quotiescunque necessitatem arduam patiuntur, ad proximas gentes auxilij causâ destinare legatos. Nos, quod est melius, legationem ad Deum per jejunia destinamus; ab ipso imploremus auxilium, ad ipsum nos corde, & orationibus, conferamus. Sanct. Maximus hom. de jejun. Ninivit.

§. IX.

Jejunium vincit hostes visibiles.

Ex Veteri.

Fecit Josue, ut locum erat Moyses, & pugnavit contra Amalec. Ex. 17. 10. Adversus Amalec oratione Moysis, & totius populi, usque ad vesperam jejunio dimicatum est. S. Hier. l. 2. adv. Jovin.

Irruit spiritus Domini in Samson. Judic. 14. 6. Jejunium magnum illum Samsonem educavit; idque, quamdiu viro adfuit, singulis confictibus mille hostes prostrati sunt, urbium portæ subrupæ sunt, leones robur manuum ejus non sustinuerunt. S. Basilius hom. 2. de jejunio.

Jejunaveruntque die illò usque ad vesperam. Judic. 20. 26. Filij Israel duplici præliò cum Benjamitis congressi, in utroque victi, ceciderunt viginti duo millia. Ad prima prælia se nullò jejunio armârunt; sed ad tertium. *Venerunt in domum Dei, & sedentes stabant coram Domino, jejunaveruntque.* Gen. 1. 26. Mendoza in 1. Reg. 7. Annot. 27. Sect. 2.

Es jejunaverunt. 1. Reg. 7. 6. Ut superare hostes suos possent, vires animi, & corporis, indictò sibi reparavere jejunio. S. Leo l. 1. de Quadr. Israel in adaquatione apud Masphat congregatus à Samuele, ita statim delictum jejunio diluit, ut periculum prælij simul fugerit. Ceciderunt pastos impacti, armatos inermes. Hæ erant vires jejunandum Deo; cælum pro ejusmodi militat. Tertull. lib. adv. Psychicos c. 7.

Maledictus vir, qui comederit panem usque ad vesperam. 1. Reg. 14. 24. Cùm Saul rex Israël bellum contra Allophylos gereret; legimus, eum universo exercitui indixisse jejunium; & abstinentibus cunctis eum contra adversarios pugnare coepisse. Bonus planè rex, qui hostes suos non tam armis, quàm devotione, vincebat; & plus dimicabat religione, quàm telis. S. Ambr. f. 25, de Quadr.

Prædicavit jejunium universo Juda. 2. Par. 20. 3. hoc Josaphat victor triumphavit contra Moabitas Judith jejunans occidit Holofernem. Judith. 13. 10.

Daniel trium hebdomadarum jejunio. Dan. 6. 16. vir desideriorum, leones quoque docuit jejunare missus in lacum. S. Ambr. l. de El. & jejun. c. 7.

Ipse victor singularis adinvenit jejunium Quadragesimale, statuens in prociectu; ut quaternâ decade jejunii quadraturam Mundi totam murò inexpugnabili communiret &c. S. Chrysofologus f. 42.

§. X.

Jejunium vincit hostes invisibiles exemplò Christi.

Cùm jejunasset. Matth. 4. 2. Dominus noster non prius in carne, quàm pro nobis assumpserat, diaboli insultus excepit; quàm eam jejunio communisset. S. Basilius hom. 1. de jejun.

Dominus noster JESUS Christus quadraginta dierum jejunio certamen contra diabolum aggressus est: omnibus nobis exemplar dans, ut per illud armemur, & ex illo robur sumamus; ac sicaciem in prælio contra ipsum intruamus. S. Chrysoft. t. 6 hom. 1. in Gen.

Ipse victor singularis adinvenit jejunium Quadragesimæ: statuens in prociectu; ut quaternâ decade jejunij, quadraturam Mundi totam, murò inexpugnabili communiret. S. Chrysol. f. 12. q. d. ut Dominus Mundum in securitatem assereret, in singulis Mundi quatuor partibus dies sui jejunij, decem milites, totidemque muros, & arces, constituit. Decem jejunij mei dies, ajebat supremis exercitiis Dominus, in præsidio orientis collocatur; decem ad occidentem abeant; decem meridiem servent; decem in septentrione excubent. Ita fiet, ut securus degat Mundus. Didacus Niss. polit. Cœl. p. 1. l. 6. c. 7.

Jejunavit: ut ostendat, quòd magna armatura contra tentationes sit jejunium; sicut principium omnis peccati delicia. Theophylactus in c. 4. Matth.

Post jejunium Dominus JESUS de hosteriumphat. S. Bernardinus f. 5. Act. 1.

Jejuna & tu, si confictum sustines ab invisibili hoste: nam non fortitudine corporis, sed debilitate, vincitur. Simon Cass. l. 4. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Contra terrigenos hostes corpus saginâ roboratur, & poculis mens incitatur, ut repugnandi sumat audaciam. Adversus autem spiritualia nequitiæ spiritualiter repugnandum est; & sobrietatis arma, & abstinentiæ sumenda sunt, ut infusi Sancti Spiritu immundos, & erraticos, spiritus devincamus. S. Ambr. in ep. ad Eph. c. 6.

Castra nobis sunt nostra jejunia, quæ nos à diabolica oppugnatione defendunt. -- Quis unquam Christianorum jejunavit, & captus est? quis sobrius mansit, & victus est? Temulentum aggreditur diabolus, luxuriosum oppugnat inimicus. Ubi autem jejunium videtur; fugit, metuit, pertimescit: terretur pallore ejus, debilitatur inedia, infirmitate prostermitur. Prostermitur, inquam, infirmitate: quia Christiana infirmitas fortitudo est. Idem f. 25, de Quadrage.

Adver.

Adversarius imminet, inimicus in promptu est; jejunemus, ut vincamus. Idem in Jonam.

Ardentes diaboli sagittæ, jejuniorum, & vigiliarum, rigore refluenda sunt. S. Hieron. ep. 10. ad Furiam.

Est jejunium robor mentium, vigor animarum. Est jejunium castitatis murus, pudicitiae propugnaculum, civitas sanctitatis. S. Chrysol. l. 8.

Jejunantibus nobis diabolus esurit, qui nostris semper saturatur ex culpis. Idem l. 12.

Jejunium scimus esse DEI arcem, Christi castra, murum spiritus, vexillum Fidei, castitatis signum, sanctitatis trophæum. Id. ib.

Est jejunium valde certum ingenium, ad expugnandum castrum. Sicut enim non est adeo forte castrum, quod non possit expugnari, si possent ei victualia subtrahi: sic non est adeo rebellis spiritui, quin, subtrahendo cibaria, non valeat à spiritu subjugari. S. Bonavent. diat. sal. cap. 15.

§. XI.

Jejunij varia motiva.

Jejunio jejunavit. 2. Reg. 12. 16. David pro parvulo, quod non possit expugnari, si possent ei victualia subtrahi: sic non est adeo rebellis spiritui, quin, subtrahendo cibaria, non valeat à spiritu subjugari. S. Bonavent. diat. sal. cap. 15.

Legimus, quosdam morbo articulari, & podagræ humoribus, laborantes, ad simplicem mentem, & pauperes cibos, redactos, convaluisse. S. Hieron. l. 2. adv. Jovin.

Angeli sunt, qui in singulis Ecclesiis describunt, ac recensent capita jejunantium. S. Basilus hom. 2. de jejunio.

Dolet in jejunio caro; sed epulatur anima. S. Chrysol. l. 1. de jejunio.

Jejunium vehiculum est ad cælum - optimus itineris comes. - Jejunantis corpus venustum est, & anima pretiosa. S. Ephrem de Jejunio.

Si pro temporali cura ægri medicis obediunt, fervant arduam parcitatem; quare pro æterna

salute sit durum, Christo moderatis obedire jejunis? corpus gubernare mensurâ &c. S. Chrysol. l. 41.

§. XII.

Jejunio jungere poenitentiam, & bona opera: jejunia à peccatis.

Sanctificate jejunium. Joël. 1. 14. S. Hieron. Hugo, & Liran. Sanctum facite; & condite jejunium per elemosynas, preces, alique pia opera. S. Gregor. hom. 16. in Evang. jejunium sanctificare, est adjunctis bonis aliis dignam DEO abstinentiam carnis ostendere. Cesset ira, sopiantur jurgia: incastum enim caro atteritur, si à pravis voluptatibus animus non refrænatur.

Vidit DEUS opera eorum, quia conversi sunt de via sua mala. Jonæ 3. 10. Cur non refert Ninivitarum prodigiosum jejunium? Theophylactus: respexit Dominus opera illorum, videlicet bona, quæ fecerant: proinde jejunium non fuit per se sufficiens, ut DEUM redderet propitium; nisi & mores correxissent.

Exivit sanguis, & aqua. Joan. 19. 34. Hinc instrumur: id à nobis in omni mortificatione, jejunio, agi oportere; ut sanguinis comes semper sit aqua lacrymarum, & compunctionis. Jejunare, nec meliorem vitam vivere, inanis fatigatio est. Didacus Niss. l. 2. die Ciner. §. 3.

Si volumus bene jejunare à cibis, ante omnia jejunemus à vitiis: quid enim prodest vacuare corpus ab escis, & animam replere peccatis? S. August. D. 1. Quadr.

Qui à cibis, & non à peccatis, jejunat; diabolus simulat: qui, cum jugiter à corporali esu abstineat, nunquam mala perpetrare cessat. S. Honorius serm. in Quadr.

Hoc est perfectum jejunium, & gratum Domino, cum omnes sensus abstinent à Mundanis, ut vacent divinis. Totus ergo jejunat, quia totus peccasti. S. Thomas Vill. Dom. Quinquages.

TITULUS IV. IMITATIO.

§. I.

Imitatio DEI Patris.

Ex Veteri, & Novo.

Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Genes. 1. 26.

Hebr. **faciamus hominem umbram nostram.** Habet hoc umbra, quod perfectissime omnes gressus, motus, nutus, corporis imitatur. Origenes in Catena super illud Thren. 4. 20. **in umbra sua vivemus:** in umbra ejus vivemus; hoc est, ad imitationem ejus. Plinius l. 12. c. 22. ait, in Affrica fertilitatem sum-

mam ex eo oriri; quod sub umbra unius arboris altera delitescit.

Similes illis fiant, qui faciunt ea. Ps. 134. 18. Considera apud te, quales dii sint, quibus fieri similes dira est imprecatio. Nostra autem non ita habent. Extremus enim virtutis finis est; & quod facit, vel ad summum bonum fastigium pervenire, DEI esse similes, quantum nobis conceditur. S. Chrysol. in Ps. hunc.

In umbra tua vivemus. Thren. 4. 20. In umbra, id est, ad tui imitationem: umbra enim est imago corporis, cujus est umbra. Origenes.

Pater noster, qui es in caelis. Math. 6. 9. O amoris abundantiam! percussò animò inexplicabiles largè illius in nos divinæ Bonitatis opes admirare; qui talem, ac tantum, vocare Patrem es iustus. Sed profectò non tu vocem ejusmodi frustra doceris mittere: nimirum ut ad eam, quam lingua tua protulit, appellationem Patris erubescens, ejus imitari bonitatem discas. S. Chrysostr. t. 6. or. de instit. secundùm DEum vita.

Nam & Pater tales querit, qui adorent eum. Joan. 4. 23. S. Thomas: dicitur Eccl. 13. 19. *Omne animal diligit sibi simile:* ergo DEus in tantum diligit nos, in quantum ei assimilamur. Sed non assimilamur ei secundum carnalem quia est incorporeus; sed secundum spiritualia. Cajetanus: propterea oportet adorantes DEum adorare in spiritu, & veritate, ut adoratio conformis sit adorato.

Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Joan. 14. 9. Filius DEI, quia viva illius imago; qui filium videt, & Patrem videt. Alvarez Illustr. 20.

Si DEO quantò similior, tantò fit quisque propinquior; nulla est ab eo tanta longinquitas, quam ejus dissimilitudo. Incorporeali verò illi æterno, & incommutabili, tantò est anima hominis dissimilior, quantò rerum temporalium, mutabiliumque, cupidior. S. Augustinus de Civit. l. 9. c. 16.

Non locorum intervallis acceditur ad DEum, aut receditur à DEO. Dissimilis factus longè recessit; similis factus propè accedit. Idem in Ps. 33.

Ad placandum DEUM, quem colas; iis rebus optus est, quibus illum gaudere, ac delectari, scias. Sic fit, ut vitam colentium DEus pro qualitate nominis sui formet: quoniam religiosissimus est cultus, imitari. Lactantius l. 5. de div. instit.

Si DEO quantò similior, tantò fit quisque propinquior; nulla est ab illo tanta longinquitas, quam ejus dissimilitudo. S. August. de Civit. l. 9. c. 16.

Si ad humanam pertinet laudem, ut patrum decus in prole resplendat; quantò magis gloriosum est, ex DEO natos in authoris sui imagine refulgere. S. Leo l. 6. in Nat. D.

Ea est imaginis natura, ut sit imitatio principis exemplaris, & ejus, cujus esse imago dicitur. S. Gregor. Naz. or. de Filio.

Imago, si servet principalis formæ similitudinem, verè imago, & propriè imago, dicitur. Si verò ab ejus imitatione discedat, aliud quiddam esse monstratur. S. Gregorius Nyss. lib. de creat. hom. c. 17.

Credamus nos DEI filios; respondeamus generi, vivamus cœlo: Patrem similitudine referamus. Ne perdamus vitis, quod sumus per gratiam consecuti. S. Chrysol. l. 10.

Omnis creatura, & maximè rationalis, debet suum principium imitari. S. Bernardus l. 5. in Assumpt. B. Virg.

Boleslaus quartus Rex Poloniæ assidue patris effigiem aurò expressam, & è collo pendulam,

secum circumferbat; eamque sibi gem famerant; ut quoties dicendum aliquid, faciendumque, occurreret; impressò osculo, tanquam viventem in imagine, præsentemque patrem, sic compellârit: absit! ô mi pater! ut à me unquam aliquid regiò tuò nomine indignum statuum. Stengelius l. 1.

§. II.

Imitatio Christi Domini.

Figuræ, & Symbola.

Expoliavit se Jonathas tunica. 1. Reg. 18. 4. Tunica Jonathæ, conversatio Christi, quam dat Christus amicis suis. Hugo Card. in Gen. 30.

Sub umbra illius. Cant. 2. 3. Umbra Christi sunt Sancti: sicut enim umbra est imago corporis, sed exilis, & inadæquata; ita vita Sanctorum est imago vitæ CHRISTI, sed umbratica tantum. Ita tres PP. apud Theodoretum. Obumbratio alarum CHRISTI, amulatio est virtutis ejus. Petrus Cellens. de pane fervorum c. 23.

Mystica animalia Ezechielis l. 5. licet singula propriam haberent formam; mirò tamen modo sic disposita erat; ut unumquodque præteret imaginem filij hominis. Leo ferrox; bovis tarda natura; aquila in sublime. Homo ad ferocitatem proclivis, tardus ad bonum, superbus. Quid remedij, ut hæc belluina propensio corrigatur? ut fiat similitudo hominis in eis. Cujus hominis? qui, cum in forma DEI esset &c. Philipp. 2. 6.

Hæc animalia, ut surgere ad sanctitatis virtutem valeant; ad hujus hominis similitudinem tendunt. Neque sancta essent, si hujus hominis similitudinem non haberent. Sanctus enim quisque in tantum ad similitudinem hujus hominis ducitur, in quantum vitam sui Redemptoris imitatur. Jonghen Exh. 26.

Mihi es purpuram. 1. Mach. 10. 20. Ut rex Alexander Jonatham sibi devinctret, militi illi proprium vestimentum cum his verbis: *conserve amicicias ad nos.* Placet cœlestis regis amicitia? induimini Dominum &c. Jonghen Exh. 28.

Cum hoc indumento similitudinis Filij DEI accedens ad Patrem cœlestem, plenam accipies benedictionem, sicut Jacob Gen. 27. 15. *vestibum valde bonis.* Idem ib.

Osculabatur pedes ejus. Luc. 7. 38. Quid est osculatio pedum Christi, nisi promissio imitationis vestigiorum ejus. Simon Cass. l. 8. cap. 40.

Date annulum in manu ejus. Luc. 15. 22. Signaculum similitudinis Christi. S. Hieron. ep. 146. ad Damas.

Ego sum osium. Joan. 10. Quid est intrare per januam? intrare per Christum, ipse enim dixit: ego sum janua. Quid est autem intrare per Christum? imitari vias Christi. In quo imitaturi sumus vias Christi? nunquid in ea magnificentia, in qua DEUS erat in carne? aut ad hoc nos exhortatur, ut talia miracula, qualia

qualia fecit ipse, faciamus? &c. Non hoc tibi dicit: non eris discipulus meus, nisi ambulaveris super mare, aut nisi suscitaveris mortuum quadriduam, aut nisi oculos caeci nati aperueris. Nec hoc. Quid est ergo intrare per januam? discite a me, quia mitis sum &c. S. August. in Pl. 90.

Oves sequuntur. Joan. 10. 4. Sequuntur me, imitando vestigia mea, exempla vitae meae. Cajet. Sequuntur me imitatione, & beatitudine. S. Anselmus.

Induimini D. J. C. Rom. 13. 14. Sciendum est, quod vita D. N. J. C. sancta, & virtuosa, quam tenuit in hoc Mundo, dicitur vestis in S. Scriptura. S. Vincent. Ferr. D. 1. adv. ferm. 7. Induimus per imitationem. S. Thom. Aqu. hic. Lect. 3.

Perinde ac moneta aurea, nisi impressam habuerit regiam imaginem, non in mercaturam expenditur, nec in regis thesauros reconditur, sed rejicitur: sic quoque anima, nisi habuerit imaginem celestis Spiritus, Christum in se insculptum; non est comoda ad supernos thesauros; & a mercatoribus regni, praclaris Apostolis, respuitur. S. Macarius hom. 30.

Vide plura tit. Christianus. Sequela.

§. III.

Imitandi CHRISTUM D.
Motiva.

Ex Veteri, & Novo.

Take me. Cant. 1. 3. Christi imitatio optima dispositio ad obtinendum contemplationis donum: ejus enim imitatio magnam cum ipso confert similitudinem, quae ad divinam elevat communicationem. de Ponte hic. Exh. 8. §. 3. Quam pauci post te, o D. JESU, ire volunt, cum tamen ad te pervenire nemo sit, qui nolit. S. Bernardus f. 21. in Cant.

Ad sequendum te D. JESU vix inveniuntur, qui vel trahi patiantur, qui velint duci per viam mandatorum tuorum. Alij enim trahuntur, qui possunt dicere: *trahere me post te.* Alij ducuntur, qui dicunt: *introduxit me rex in cellaria,* alij rapiuntur; sicut Apostolus raptus est ad tertium caelum. S. Bernardus ferm. 2. in Asc. Dom.

Ecce tu pulchra es amica mea. Cant. 1. 14. Sept. *proxima mea.* Hebr. *commensalis mea.* Qui ergo propè accedunt ad DEum, hi propriè ejus pulchritudinem participant: & qui propius, hi magis; & qui proxime, hi maxime. Anima enim similis est speculo: quod, si rebus pulchris appropinquet, pulchram in se speciem, formamque, suscipit; si verò deformibus, deformem. Ita Orig. hom. 3. & 4. Speciosa est Ecclesia, cum proxima est Christo, & cum imitatur CHRISTUM. Cornelius hic.

Pone me ut signaculum super cor tuum. Cant. 8. 6. Signaculum potest sumi pro imagine signata. q. d. gesta, o Sponsa, mei, qui tuus sum Sponsus, imaginem expressam in bulla aurea, quam super cor portas: & in armilla,

quae brachium ornat; ut jugiter mei recorderis. Porro hanc Christi imaginem in corde imprimi sigillò charitatis, docet Guilielmus Paris. dum ait: imprimere mihi quasi signaculò, per amorem mihi fortiter adhaerendo; ut à me, quasi signaculò, formam accipias; ut meà subtili expressione similitudinem trahas. Quanta fuerit impressio amoris, tanta & erit expressio similitudinis: quanto mihi fortius per amorem inhaeris, tanto mihi similior eris. Cornelius hic.

Hoc vobis signum. Luc. 2. 12. Multipliciter positus est nobis Christus in signum. Positus est enim in praesepio; in signum paupertatis, & humilitatis. Positus in cruce; in signum patientiae, & obedientiae. Positus in sepulchro; in signum quietis, & contemplationis. Positus in inferno; in signum charitatis. Positus in caelis; in signum victoriae. Hugo Card. hic.

Et continuo exivit sanguis, & aqua. Joan. 19. 34. Ad animas nostras colorandas, & quasi picturandas, dedit Christus, ex pretioso vase corporis sui, sanguinem, & aquam: Sanguinem ad rubricandum; aquam ad dealbandum: ut ei assimilemur, qui candidus, & rubicundus est. Sine hac coloratione pallida est, & discolor, anima, & indigna Christo Domino. Richard. à S. Laur. de laud. B. V. l. 5.

Quos praeordinavit conformes fieri imaginis Filij sui. Rom. 8. 29. *Ut sicut portavimus imaginem terreni.* 1. Cor. 15. 49. *portemus & imaginem caelestis.*

Portate DEum in corpore vestro. 1. Cor. 6. 20. Quid est DEum portare? imaginem Dei representare; Christum imitari. B. Ivo Carot. f. in Purif. B. V.

Speciale, & certum, signum est vitae aeternae consequendae, configurari Christo. S. Thom. Aq. in ep. 2. Cor. Lect. 5.

Necesse est, ut anima, quae Christi Sponsa fieri desiderat, pulchritudini Christi, quoad ejus fieri poterit, similis fiat. S. Gregor. Nyss. de scopo Christiani.

Conformemur ei, qui vitam suam in terris regulam nobis posuit Christianae conversationis. B. Ivo Carn. ferm. de Ass. B. V.

§. IV.

Imitatio Christi Patientis.

Figurae, & Symbola.

Qui linguam lambuerant aquas &c. Judic. 7. 6. 7. Christus, verus Gedeon, eos sibi tantum milites elegit, qui bonorum temporalium aquas manibus tantum bibunt; non qui se in eas totò corpore demittunt: id est, qui ex iis necessaria tantum delumunt. Hos autem *lagenas* manibus tenere jubet; hoc est, corporum suorum, & affectuum, dominos esse: his lucernas habere inclusas, id est, animas gratià, & amore incensas. Et sicut lagenam suam confrigit, cum corpus suum sanctissimum vulnerari, & tot tormentis lacerari, permittit, & in cruce prorsus crucifigi. Idem etiam nos praestare vult dicens: quod me facere videritis, hoc facite. v. 17.

Vivit

Vivit Dominus, & vivit Dominus meus rex; quoniam in quocumque loco fueris, Domine mi Rex, sive in morte, sive in vita; ibi erit servus tuus. 2. Reg. 15. 21. dicebat Ethai exemplum regis motus. Hæc Christianis sit potentissima ratio, cum blanditur caro, cum urget diabolus in vitium. Et ego me voluptatibus mergam? Vivit Dominus! non faciam rem hanc. Drexelius opusc. 12. David rex. c. 26. §. 1.

Nunquid est cor tuum rectum? 4. Reg. 10. 15. Typodus l. 1. Symb. Ferdinandus Lusit. rex pro Symbolo duo corda habuit, quorum unum tantum gladio transfossum. Lem. *Cur non utrumque?* Cor Christi perfossum doloris gladio: cur non & tuum? cor Christi abalienatum à voluptatibus; cur non & tuum? Jonghen Exh. 23. pro Sacris Professionibus.

Condixerunt, ut pariter venientes visitarent eum, & consolarentur - & exclamantes ploraverunt; scissis vestibus, sparserunt pulverem super caput suum. Job. 2. 11. 12. Quam consolationem hæc Jobo attulerunt? quod vestes sciderunt, quod capita cinere inspererunt, idem fuit, ac si dicerent, ait Origenes: quæ fecisti, facimus; & quæ gessisti, gerimus: vestimenta nostra scindimus, & terram super capita nostra spargimus: sic namque tu fecisti paululum ante. Agat, quæ egit Christus, Christianus; & dabit ei consolationem, & gloriam. Didac. Niss. D. 4. Epiph. §. 4.

Edent pauperes, & saturabuntur. Pl. 21. 27. Inde erat piscator ille Petrus; inde erat etiam publicanus Mattheus de pauperibus. Ipsi erant, qui comederunt, & saturati sunt; talia passi, qualia manducaverunt. Cœnam suam dedit, Passionem suam dedit; ille saturatur, qui invitatur; imitati sunt pauperes: ipsi enim sic passi sunt, ut Christi vestigia sequerentur. S. August. hic.

Titulus Pl. 87. pro Mabeleth ad respondendum. Græc. pro Choro ad respondendum. Psalmus iste, qui de Christi Passione agit, inquit David, volo serviat Choro: in quo, dum canitur, mutuo sibi respondeant in Choro, id est, in Ecclesia DEI. S. Augustinus vult, Prophetam hic usum metaphorâ sumptâ à Cantoribus, qui sunt in Choro; in quo sacri oedi director Psalmum, aut antiphonam, inchoat; cæteri verò prosequuntur eò vocis tenore, quo cum ille exorsus est. S. Petrus dixit 1. 2. 21. *Christus passus est pro nobis*: ille cantum Passionis inchoavit; sed addit mox Petrus: *ut sequamini vestigia ejus.* Et hoc est respondere, inquit S. Augustinus: quia ille non cantare omnia solus debet; necesse est, ut Christianus quoque ex se aliquid faciat, ut illum imitetur, & patiat cum illo. Vult Christus, ut Cantemus velut per Choros pro Choro ad respondendum, ut per Choros patiamur; nec enim omnia ille solus ferre debet; adjiciendum ex parte nostra aliquid. Didacus Niss. f. 3. D. 4. Quadr. §. 5.

Calicem salutaris accipiam. Plal. 115. 13. Quid est, accipere calicem salutaris, nisi

passionem Domini imitari? accipiam calicem CHRISTI; bibam Passionem Domini, S. August. hic.

Per Reclinatorium aureum Cant. 3. 10. requies æterna accipitur; ad quam tamen ascensus est purpureus, id est, Passio CHRISTI: quia illi ad æternarum epularum mensam discumbunt, & ad supernam quietem veniunt, qui in præsentem Passionem Redemptoris sui dignè venerari, & imitari, satagunt. S. Thom. Aqu. hic.

Tecigit fimbriam vestimenti ejus. Luc. 8. 44. Vestimentum Christi, est Caro ejus, *Quis est iste, qui venit de Edom,* (id est, de Mundo) *timetis vestibus?* Il. 63. 1. Fimbria, quæ est finis vestimenti, est Passio Christi. Tangere ergo fimbriam vestimenti CHRISTI, est credere, & imitari, Passionem Christi: ex hoc tactu est omnis peccati curatio. Hugo Card. hic.

Cecidi ad pedes ejus. Apoc. 1. 17. Illos utique pedes, quos in camino ignis viderat; ut Dominica mortis imitator existeret. Galfridus Abb. tr. 34. Vidit pedes, id est, finem vitæ Christi in fornace ignea Passionis: & tunc cecidit ad hos pedes, ut eos amplecteretur, & ejus exempla sequeretur. Sylveira hic.

Motiva

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Non est discipulus super Magistrum. Matth. 10. 24. Ad indelebilem verecundiam adscribitur militi illæso recedenti de bello rege percussio; & ipso in tentoriis quiescente; domino pugnantem in castris. Non est honesta militum vita; si terga vertant, rege proficiente ad bellum. Simon Cass. l. 9. c. 22.

Nè ergo timueritis eos. Matth. 10. 18. Propter injurias, & contumelias, quas vobis possunt infligere; sed potius exultate in omni adversitate, quam ab eis patimini: considerantes, quid passus sim ego; & gloriantes in hoc, quod Domino vestro, ac Magistro, reformari meruistis; cum hoc sit beneficium ingens. Quid enim tam gloriosum est servo, quam ut domino suo assimiletur? sæpe contingit, ut aliquis injuriam passus doleat, & ulcisci se cupiat. Si verò conspexerit alium multò sublimiorem eadem, vel graviora perpassum, & tamen servare patientiam; incipit consolari, & ab ira cessare, dicens in se: si ille tantus talia patitur, quantum magis ego? Ita & nos, si Christi passionem, patientiamque, perierimus; patientiam discimus; & cum Apostolo in tribulationibus jucundamur. Dionys. Carthuf. hic.

Seruis retrò secus pedes ejus. Luc. 7. 38. Sequelam promittens vestigiorum illius, quæ per leges peccati antecesserat pedes ejus. Præit omnis peccator DEum in suis legibus; non sequitur. Crucem Christus portavit à tergo: itemus à tergo, passionem Crucis ejus imitantes. Simon Cass. l. 8. c. 40.

Simul

Simul mortui, & generati; atque ita illa salutaris aqua, & sepulchrum vobis, & mater, effecta est. Et quod Salomon dixerat de aliis, hoc in vos optimè quadrat: *tempus nascendi, & tempus moriendi* Eccl. 3. 2. nam id utrumque unò, eòdemque, fit tempore; simulque mors, & generatio vestra, concurrunt. Onovum, & inopinatum mysterium! Nos quidem non revera morimur, non revera sepelimur; nec verè cruci affixi sumus: sed in imagine tantum nostra est imitatio; in veritate autem salutaris executio. Christus verè crucifixus est; verèque sepultus, & verè surrexit: & hæc omnia nobis donavit: ut, cùm imitatione Passionibus ejus communicaverimus, revera salutem lucrèmur. O excellentem benignitatem! Christus manus, ac pedes suos, incontaminatos clavis perfodi passus est; & per hocce tantos dolores mihi nihil ejus cernodi patienti salutem confert. Vera mors Christi fuerat, anima ejus à corpore separata; & verè sepultus, cùm in findone munda ejus corpus elatum est; & omnia denique in ipso verè contigerunt. In nobis autem mortis quidem, & passionum, quædam est similitudo; salutis verò non similitudo, sed veritas. S. Cyrill. Jerosol. Catech. mystag. 2. de Baptismo.

Imitemur fratrem nostrum patientem: & si non usque ad sanguinis effusionem; saltè usque ad vitiarum repressioem; si non ad lateris effusionem, saltè ad desideriorum defensionem, Petrus Cell. de pane mercenar. c. 23.

Dicitur induere Christum, qui Christum imitatur: quia sicut homo continetur vestimento, & sub ejus colore videtur; ita in eo, qui Christum imitatur, solus Christus, ejusque indumenti color, id est, sanctitas apparet. S. Thom. Aqu. in ep. ad Rom.

Debemus crucifigi ad instar Christi, & recipere quinque plagas virtualiter: in dextera, per misericordiam largiendo; in sinistra, per justitiam restituendo; in dextro pede, per abstinentiam; in sinistro per patientiam; in latere, poenitentiam continuando. S. Vincent. Ferr. D. 14. Trinit. f. 3.

Henricus Suso dicebat: Si nulla alia esset afflictionis utilitas, quàm quòd speculo illi lucidissimo D. J. Christo tantò efficiamur similiore, quantò eum verius sectamur; esset ea profectò magna satis. Equidem sic mihi persuadeo: etiamsi post hanc vitam idem esset daturus præmium DEUS patientibus, & non patientibus adversa; adhuc tamen meritò potius crucem nos pati velle debere, tantum illius similitudinis obtinendæ causà: amans namque suo se conformat, adjungitque, dilectò, ubicunque potest. Bollandus 25. Jan. c. 33.

Quemadmodum nihil erit in futuro sæculo beatius, quàm esse Christo similem in gloria; sic in præsentì tempore nihil est utilius, quàm esse similem in Passione. Bellarminus ep. 107. ad Benjaminum Camerium.

Philippa Lotharinga, Duce marito per mortem amissò, in monasterium se abdidit, ibique egit Janitricem. Mirus erat in ea affectus

Poignant. Sacr. Tom. I.

erga Christi passionem; de qua sine suspitiis non cogitabat, sine lacrymis non loquebatur: & si ad mensam aliquid legi audiret, ita in amorem pro se passi Domini rapiebatur, ut cibi, sui que, oblivisceretur. Plura sacrorum millia DEO offerri curaverat, ut aliquid doloris sentiret in honorem CHRISTI Crucifixi. Impetravit. Itaque ferià quintà singulis hebdomadis cepit ingentem pati cruciatum, quasi sub costis lancea acutissima esset trajecta. Et hunc cruciatum tantà patientià, quantà molestià, sentiebat. Quæta à morte causâ doloris; & candidissimus lapis repertus cordis humani speciem præferens. In hoc corde quini lapilli vulnèrum CHRISTI imagines, infixi erant, gemmarum instar, aut sanguinearum guttarum, lucidissimè pumicantes. Cor illud, & lapilli, inter varios principes, & monarchas, distributi etiamnum cum honore asservantur. Ex vita S. Franciscæ Romanæ Bollandus.

Vide plura tit. Crucifixus. Sequela.

§. V.

Imitatio Sanctorum.

Num. I.

Symbola, & Similitudines.

Nomina filiorum Israel scribi fecit Dominus in Rationali Judicij. Ex. 28. 9. Ut omnibus apparerent, & vitam, conversationem sanctorum Patrum, cæteri sibi sumerent in consequentiam, & exemplum. Blesens. tr. seu compendio in prima capita Job.

Ruth spu. as colligebat post terga metentium. c. 2. 3. Et nos peccatores post Apostolos, & Martyres, legamus reliquias Sanctorum morum, & passionum. Simon Cass. lib. 8. cap. 40.

Trabe me post te. Cant. 1. 3. Cùm Reliquias Martyrum, cùm exempla Sanctorum, videre, & imitari, contendimus; tunc in odorem unguentorum JESU Christi currimus. Philo Carpath. hic.

In partes vade sæculi sancti, cum vivis, & dantis confessionem DEO. Eccl. 17. 25. In partes sæculi sancti transire nihil est aliud, nisi Sanctorum, qui nos præcesserant, virtutes addiscere. Et cum vivis, DEUmque confitentibus, commorari; est sanctorum præsentium virtutes insequi. Jacobus Alvarez de Paz. de vita Spir. l. 5. p. 2. c. 23.

Circui civitatem. II. 23. 16. Debet homo circuire civitatem, militantis Ecclesiæ; imitando justorum exempla. S. Thom. Aqu. hic.

Hæc dicit Dominus; stete super vias. Jer. 6. 16. q. d. Speculamini, & considerate vias, id est, vivendi rationes; & semitas antiquas, id est, quomodo vixerint Majores vestri, & Patriarchæ: imitamini fidem Abrahamæ, Isaac obedientiam, Jacob labores, Joseph castitatem, Moysis mansuetudinem, Job patientiam. Hæc verba sibi dicta putent singuli Fideles: Christianus es? Speculare vias antiquas; vide, quomodo vixerit CHRISTUS, & primi Christiani;

Uuu u

quàm

quam fuerint humiles, sobrii &c. eosque imitare. Cornelius hic.

Elephantus ostendit sanguinem uræ, & mori &c. 1. Mach. 6. 34. ut acuerent eos ad bellum. Quod fit, quando lepidis, & pigris, adhibentur passiones Sanctorum in exemplum. S. Thom. Aqu. in ep. 2. Cor. c. 1. Lect. 3.

Sicut pictores sæpe inspiciunt exemplaria, ut ea expingant: Sic qui studet perfectioni virtutis, debet ad vitas Sanctorum, quasi ad simulachra vitæ, & actione, prædita sæpe animi oculos convertere. S. Basilius ep. ad Gregorium de vita Solit.

In horto Sponsi inveniuntur viri virtutum, tanquam ligna fructifera; de quorum bonis actibus, ac moribus, quot fumis exempla, tot carpis poma. S. Bernardus serm. 23. in Cant.

Num. II.

Motiva.

Primum.

Mereris nomen ejus, quem imitaris.

Suscitabo super eas pastorem unum, qui pascat eas, servum meum David. Ezechiel 34. 23. Quis ille David? non ille primus rex Israel, qui jam defunctus; sed alius suscitandus: qui virtutes David erat exerciturus, ut David reputandus, quod aliqui Zorobabel Duce interpretantur. S. Gregorius in Matth. nobiliores quosque reges sanctitate, qui post David fuerunt, ab illo omnes vocabant. Nec ipsi soli; verum etiam DEUS: nam & Ezechiel, & alij prophetæ, dicunt; David resurrecturum esse, atque venturum: non de illo utique mortuo jam loquentes; sed de iis, qui ejus virtutes erant imitaturi. Sylveira in Matth. 11.

Si vultis recipere, ipsi est Elias. Matth. 11. 14. Elias Joannes dicitur: non secundum stultos Philosophos, & quosdam hæreticos; qui metempsychosim (hoc est, animarum transmutationem) introducunt; sed qui venerit in spiritu, & virtute, Eliæ. Sed & vitæ austeritas, rigorque mentis, Joannis, & Eliæ, pares sunt. Ille in eremo, iste in eremo: ille Zonâ pelliceâ cingebatur; iste simile habuit cingulam: ille quondam regem Achab, & Jezabel impunitatis arguit, fugere compulsus est; iste, quia Herodis, & Herodiadis, illicitas arguit nuptias, truncatus. S. Hieron. hic.

Stabant juxta Crucem JESU Mater ejus, & Soror matris ejus Maria Cleopha, & Maria Magdalenæ. Ecce omnes, qui stabant cum MARIA Matre JESU Mariæ dicuntur: quia in ardenti amore erga CHRISTUM, quantum fieri poterat S. MARIAM Virginem comitabantur, & imitabantur. Sylveira in Matth. 11.

Qui habent similitudinem factorum Danielis, Daniel sunt: qui imitantur patientiam Job, Job fuit. Possunt esse Paulus; si fuero imitator ejus dicentis: *imitatores mei estote.* 1. Cor. 4. 16. Origenes hom. 4. in Ezech.

Secundum Motivum.
Per eam verè laudantur, & coluntur.

Celebratio solennitatis Martyrum, imitatio debet esse virtutum. Facile est honorem Martyris celebrari; magnum est, fidem, atque patientiam, Martyris imitari. S. August. l. 115. ex diversis.

Qui Sanctorum merita religiosâ charitate miratur, quique justorum gloriosâ charitate colloquitur; eorum actus, mores, atque justitiam imitatur. Quoniam quem delectat Sancti alicujus meritum, delectare hunc debet pari curâ DEI cultus, & obsequium. Quare aut imitari debet, si laudat; aut laudare non debet, si imitari detrectat. S. Chrysof. serm. in illud Sap. 3. justorum animæ in manu Dei.

Imitami Matrem Virginem, & Sanctos omnes, quos laudatis: quoniam non illis tantum prodest nostra laudatio, quantum nobis eorum imitatio. Unde sponso magis placet imitator devotus, quam laudator otiosus. S. Ildephonus l. de Ast. B. V.

Tunc veraciter Sanctos colimus, cum eorum vitam conversando imitamus. S. Laurent. Jul. in festo OO. SS.

Sanctos colamus; statuas illis, ac visibiles imagines, erigamus: imò ipsi virtutibus eorum imitandis hoc consequamur, ut vive eorum statuar, atque imagines, simus. S. Joannes Damasc. l. 4. orthod. fid. c. 16.

Væ mihi, si tam longè à te fuero, ð B. Benedicte! in futuro; quàm à tuæ vestigiis sanctitatis longè esse reperior in præsentii. S. Bernardus S. de S. Benedicto.

Varia alia motiva.

Videntes filij DEI filius hominum acciperunt sibi uxores. Genes. 6. 2. A Seth DEI viro geniti in mores improbos descenderunt. Addita est DEI nomenclatura, ut morderentur gravius; qui ab avo, DEI viro, mores non haulerint. S. Chrysof. in Pl. 4. ut magis amplificaret eorum reprehensionem, eorum honorem revocavit in memoriam. Velloso in Judith. c. 6. Paræn. 16. turpe à majorum virtute degenerare.

Vos estis filij prophetarum. Act. 3. 25. Vehemens ad virtutem stimulus, majorum virtus; nè quis ab ea degeneret. Sylveira hic.

Justorum debemus vitam conspiciere, ut subtiliter deprehendamus nostram. Illorum videlicet species, quasi quædam nobis forma, imitanda proponitur. Quia viva lectio est vita bonorum: unde non immerito iidem justii in Sacro eloquio libri nominantur, sicut scriptum est Apoc. 20. 12. *libri aperti sunt.* S. Gregor. mor. l. 24. c. 6.

Perfecta est ad virtutem via, Antonium scire, quid fuerit. S. Athanas. Alex. Præfat. Vit. S. Antonij.

Prudentis, & cordati, viri est, magnâ mensurâ vitam suam metiri; atque ad excellentium virorum imitationem sese componere. S. Gregor. Naz. Carmine ad Nicobulum patrem filij nomine.

Miscel-

Miscellanea.

Habitu, victu, & instructu, sensu, ipsò denique Sermone, proavis renuntiãstis. Laudatis semper antiquitatem, & novè de die vivitis. Tertullianus Apologet, adv. Gentes.

Quoniam mores, ac vitia, regis imitari, genus obsequij iudicatur; abiecerunt omnes pietatem, nè exprobrare regi scelus viderentur, si piè viverent. Lactantius lib. 5. div. Instit. de justitia.

TITULUS V. INCARNATIO.

§. I.

Figuræ.

Ex Veteri.

Factum est vespere, & mane, dies unus. Gen. 1. 5. Quando Filius DEI recepit humanitatem, tum factum est vespere, & mane dies unus; id est, DEUS & homo, facta est una Persona. S. Vincent. Ferr. serm. f. 6. post Lactare.

Cum audisset vocem Domini DEI deambulantis in paradiso. Gen. 3. 8. - *Adam ubi es?* Ambulat immensus? deambulans hanc reliquit ubi actionem, & illam acquirit. Quomodo infinite sapiens quarit: *ubi es?* Tertull. lib. de Prax. Edificabat autem DEUS, ut nobis fidem sterneret, etiam affectus humanos. Sciebat jam tunc suscepturus etiam ipsas substantias hominis, carnem, & animam, interrogare quasi ignorans: *Adam ubi es?* Si ergo DEUS ita se probat, quomodo tu DEUS futurus ex JESU Natalitio; non curas te coercere, an possis DEI actiones amulari? Escobar t. 3. Colloq. Chr. obs. 4.

Fac tibi arcam. Genes. 6. 14. Quod dicit, fac tibi arcam, consilium Patris potest intelligi ad Filium, de assumptione carnis. Ven. Beda hic.

Det tibi DEUS de rore celo, & de pinguedine terra. Gen. 27. 28. Deprecatur rorem cœli, & pinguedinem terræ. Indicanthæc Domini Christi per rorem quidem Divinitatem; per pinguedinem autem terræ Humanitatem à nobis acceptam. B. Theodoretus q. 81. in Gen. Ros Christi Divinitas, pinguedo terræ Humanitas. *Rorate cœli de super.* de Ponte in Cant. Exh. 15. §. 3.

Adoravit Israel DEum, conversus ad lætuli caput. Gen. 47. 31. quia, ut notat S. Hieron. caput lætuli habebat orientem versus, ad quem respiciens adorabat Christum venturum; de quo dicitur: *vir Oriens erit nomen ejus.* de Ponte in Cant. Exh. 26. §. 3.

Ignis de modo rubi. Ex. 3. 2. est DEUS in B. Virgine conceptus, & natus, illasæ ejus virginitate. Ità Theodoretus, Rupertus, Bernardus, Gregor. Nyss. ubi nota: aptè virginitatem comparari rubo: quia per humilitatem, & asperitatem vitæ, conservanda: in deliciis enim castitas est in periculo. Cornelius hic. Quid DEUS in carne, nisi ignis in rubo? an non rubus spinosa, caro, quam assumpsit, plena doloribus, plena punctioibus, plena pœnalitatibus? S. Thom. Vill. f. 2.

Polyantb. Sacr. Tom. I.

in Nat. D. Quid sibi vult, ardere rubum, & non exuri? Unigenitum, Humanitatem assumptam, & virginalem uterum inhabitantem, immaculatam servaturum esse virginitatem? B. Theodoretus q. 6. in Ex. In rubo ignis, Filius Dei in utero Virginis. Hugo Card. hic.

Cujus fortitudo similis est Rhinocerotis. Num. 24. 8. Rhinoceros animal unicornè, tantæ fortitudinis, ut à nemine vincit; tantæ ferocitatis, ut à nemine contingi possit. Solummodò puellæ virginis (ut ajunt Physici) blanditias admittit, trahitur odore virginitatis; puellamque, cum in agro adesse persenserit, ultrò expetit, blandoque sinu gratanter indormit. Illic à venatore comprehensus confoditur. Hoc respiciens propheticus spiritus: *cujus, inquit, videlicet DEI, fortitudo similis est Rhinocerotis.* Fortissimus namque spirituum DEUS, velut unicornis, id est, singularis potentia DEUS incomprehensibilis, DEUS invictæ virtutis; postquam populum illum de Egypto eduxit, Virginem expetit, Virginem pudoris claustris inclusus est. Ex eo tantum comprehendi potuit, & occidi. S. Rupertus lib. 2. hic.

Ubi erat arca DEI. 1. Reg. 3. 3. Arca mirabilis; arca totos in se continens thesauros universæ divinitatis, fabrica est humani cordis; quod DEI Filio Spiritus Sanctus de virginali utero compegit. Et hujus arca illa typus extitit. S. Rupertus l. 2. in libros Reg. c. 26.

Incurvavit se super eum. 4. Reg. 4. 34. In Eliseo figura Domini præcessit; qui project se, ut mortuum erigeret. In quo Symbolum est, quòd nobis Christus commortuus sit, ut nobis resurgeret. Project se itaque usque ad nostram Christus fragilitatem; ut nos erigeret. Project se, non cecidit; sed erexit consortem. S. Ambros. ep. 17. Eliseus Christi figuram gerit: populus autem ex Gentibus iste erat peccato mortuus. Venit spiritualis Eliseus, ac ejus cuncta membra mortua deprehendit; os, oculos, manus, pedes: omninoque os mortuum erat, quod ad DEI laudem non aperiretur. Mortui erant oculi, qui univerforum DEum nihil attendentes, creaturam præ Creatore colerent. Mortuæ erant manus, quæ dæmonibus fructificarent. Mortui pedes, qui adorationis causâ se diabolo inflecterent. Venit exquisitus Medicus, invenit corpus mortuum. Quid facit? totum se toti corpori imposuit. Quid est, quòd dicimus? tota plenitudo Deitatis totum nostrum hominem gestavit. S. Basilus Seleuc. orat. in Elif. & Sunamit.

Uuu u 2

Nunc

Nunc exurgam. Pl. 11. 6. A caelo, & in Filio apparebo. Quare non dicit, descendam de caelo? quia, qui ascendit, & elevatur, melius videtur. Hugo Card. hic.

Canticum.

Cantate ei canticum novum. Pl. 32. 3. Novum Canticum dicit Incarnationem Domini: quia Mundus singulari exultatione completus est; quâ Angeli canoris vocibus personarunt; laudantes, & dicentes: *gloria in altissimis DEO.* Cassiodorus hic. Quid tam novum, charissimi, quam quod omnipotens DEus Majestatis immensæ, Patri coæternus, & perpetui regni Dominus, ad infirmitates corporeas, & humilitatem, se inclinavit humanam. S. Gregor. Naz. hom. 5. in Nat. D.

Cantate Domino canticum novum. Pl. 149. 1. Hoc est canticum novum, Adventus, qui nunc refulsit in nobis, Verbi, qui erat in principio, & prius fuit. S. Clemens Alexandr. orat. adhi. ad Græc. Canticum novum, est S. Incarnationis arcanum; Nativitas mirabilis, doctrina salutaris; passio magistra tolerantiae; resurrectio spei nostræ certissimum documentum. Cassiodorus hic.

Ver.

Titulus Pl. 44. In finem pro iis his, qui mutabuntur. Porrò eos, qui mutandi sunt, flores Symmachus vocat. Aquila verò, & Theodoretus, *lilia.* Flores autem, & lilia, Ver producit. Spiritus verò ver, Salvatoris est adventus; in quo letata est, secundum Isaïæ vaticinationem, antiqua solitudo, & *floruit ius lilium.* B. Theodoretus hic.

Hyems iransis. Cant. 2. 11. Quod præcessit Adventum suum, hyemem vocat; Ver autem id, quod post Adventum est subsecutum; æstatem verò sæculum, quod expectatur. Theodoretus hic.

Flores apparuerunt in terra nostra. Cant. 2. 12. Aded malitiæ hyems, & imber peccatorum, grassabatur ante Christi adventum; ut nulla rosæ, vel lilia, in campis apparerent; non arbores florent, aut vites; & cuncta terra esset inanis. Urgente hac rigida hyeme Christus venit in terram nostram; ut illi finem imponeret. Unde & in medio hyemis natus est; ut simul cum illo rediret novum spirituale ver, quod est felicissimum tempus Legis Evangelicæ. Tunc primitiæ florum Christus flos campi in florida Nazareth conceptus, & nutritus. Apparere cum illo novi flores virtutum, perpetua Virginitas, paupertas spiritus, religiosa obedientia, mimicorum dilectio, profusio sanguinis &c. Vix conceptus est in utero matris; apparuit flos prophetarum Joannes: cum natus, apparuerunt florum tres ordines, Angelorum scilicet, Pastorum, & Magorum. Post consummatam redemptionem, Apostoli, Evangelistæ, purpureæ rosæ Martyrum, candida lilia Virginum; variæ violæ Confessorum, Doctorum, ac Monachorum. de Ponte in Cant. Exh. 18.

Varia.

Exurge gloria mea, exurge psalterium, & cithara. Pl. 56. 9. Gloria Patris DEI Filii, perfecta laus, & sempiterna musica; utpote summa Sapiencia: quæ de corde nata ejusdem Patris æterni musici, citharam nostræ humanitatis assumpsit. Rupertus l. 4. c. 5.

In laumeam extendam calcamentum meum. Pl. 59. 10. id est, ante plebem Gentium manifestabo Incarnationem meam. Calcamentum Christi Incarnatio. S. Anselm. lib. de vestim. &c. & actib. DEO attribuit. Per calcamenta, cum sint ex coris mortuorum animalium, significatur Humasitas Filij hominis Jesu Christi, in qua erat mortalitas, & passibilis, Idem in Matth. lib. 2.

Vistiâti terram, & inebriasti eam. Pl. 64. 10. Ubi Verbum, sicut pluvia, descendit de caelo; venas mentis nostræ inebriavit prædicatione divinâ; excitavit virtutum studia diversarum; fructusque fidei, & castæ devotionis, adolevit. S. Ambros. l. 13. in Pl. 118.

Descendes sicut pluvia in vellus. Pl. 71. 6. Quid hoc est? quoniam, cum DEI Filius venit, non ita venit, ut orbem terrarum concuteret; nec fulgura, & tonitura, emitteret; nec deniq; cum nuda Divinitate accessit: actum enim erat de omnibus rebus, si nudâ Divinitate venisset. Et infra: non dixit, in terram, sed *in vellus:* etenim pluvia, cum in terram delabatur, sonitum edit; in lanam autem, aut vellus, delabens, strepitum nullum emitit: quippe lanæ molliiis labentis aquæ impetum, & vehementiam, frangit. S. Chrysost. hic. *Descendit ergo sicut pluvia in vellus,* placidè in placidam, quietè in quietam, suaviter in suavem, benignè in benignam, jucundè in jucundam. Rich. à S. Victore, Annot. in Pl. 71.

Vide, & visita vineam istam. Pl. 79. 15. Adventum S. Incarnationis exposcitat; ut præfente cultore suo vinea plantata proficiat: sine quò nec fructus inferre poterat, nec proficuum haberet culturam. Cassiodor. hic.

Dominus regnavit, decorem indutus est. Pl. 92. 1. Perpicuum est, prophetam appellavisse decorem, Corporis assumptionem. Vocat decentiam propriam carnem, non ob corporis naturam, sed ob virtutum perfectionem. S. Chrysost. t. 6. serm. de inob. hom.

Cerva charissima. Prov. 5. 19. Christus assimilatur cervæ, propter modum parienti. Incurvatur enim cervæ, ut pariat. Job. 39. 3. Sic Christus, ut pareret nos DEO Patri, incurvavit, id est, humiliavit, *formam servi accipiens.* Hugo Card. hic.

Miscuit vinum. Prov. 9. 2. Christus suam Divinitatem carni univit; tanquam vinum merum aquâ diluens. Anastasius Nicænus q. 40. in Script. Similiter intelligit S. Hieron. in c. 2. Ecclæ.

Sapientiæ domus.

Sapientiæ edificavit sibi domum. Prov. 9. 1. Sapientiæ domum sibi condidit, cum Unigenitus DEI Filius in semetipso intra uterum

uterum Virginis, mediante animâ, humanum sibi corpus creavit. Sic quippe Corpus, Unigeniti domus Dei dicitur, sicut etiam templum vocatur. S. Greg. mor. l. 33. c. 15. *Edificavit &c.* id est, Corpus hominis assumptum in quo habitavit plenitudo Divinitatis. Sanct. Cæsarius hom. 7. id est, *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* S. Rupertus l. 4. in lib. Reg. c. 10.

Osculum.

Osculetur me osculo oris sui. Cant. 1. 1. Tangat me dulcedine præsentiae suae; quem sapius à Prophetis promissum audivi. S. Isidorus hic. *Osculetur &c.* quod est dicere: obsecro, non semper, ad me erudiendam, Angelos, non Prophetas, destinet. Veniat jam aliquando ipse: qui tam diu promissus est; & præsentiae suae me luce informet; ac velut osculum offerens, propriò me ore alloquens confortet. V. Beda hic. Auet Sponsa ab ipso Sponsò deosculari, tantum non hæc verbis Patrem ipsius compellans: mitte mihi Unigenitum tuum, ò Domine! O Pater (quando tu Patris appellatione magis, quam Domini, delectaris,) nimium diu jam illum expecto, illum desidero. Laboravi, epistolae ejus accipiens per Patriarchas Prophetas, & Legislatores. Amplius ferre non possum amoris flammam: ignis est ardens, atque urens, in visceribus meis. B. Theodoret. hic.

Felix osculum, ac stupendâ dignatione mirabile! in quo non os ori imprimitur, sed Deus homini unitur. S. Bernardus l. 2. in Cant. Hoc est, Filius osculetur. Neque enim volo à Prophetis exosculari amplius, non à Patriarchis; sed ipse jam proxime accedat. Non vult per os solum Prophetarum erudiri, atque doceri; sed ipsemet, inquit, appropinquet; jamque me Filius ipse instruat. Os enim Dei Patris est Filius. Philo Carpath. hic.

Accubitus.

Dum esset Rex accubitus suo. Cant. 1. 11. Accubitum Regis tempus Incarnationis ejus appellat; per quam pro nobis humiliari, & ut nos erigeremur, ipse inclinari, dignatus est. V. Beda hic. Accubitus hujus regis, fuit Incarnatio ejus. Nardus dedit odorem suavitatis: cum enim Ecclesia considerat Deum pro se hominem factum; amplius ad specialium virtutum studium, & amorem Conditoris, accenditur. S. Thom. Aqu. hic.

Varia.

Stat post parietem nostrum. Cant. 2. 9. cum induitur velamine corporis nostri. S. Justus Orgel. hic.

Eccc iste venit saliens in montibus. Cant. 2. 8. Hæc verba innuunt divini Verbi Incarnationem, per quam animas in tenebris confidentes liberavit; jussu solò fugatis demonibus universis, quos montes appellat, ac deinde colles vocat. B. Theodoretus l. 2.

Ferculum fecit sibi Rex Salomon. Cant. 2. 9. Ferculum Divinitatis est Huma-

nitas Christi: hæc est enim quasi lectica, in qua recumbit, & quiescit Deitas Verbi, ait Philo Carpath.

Nuptiae.

Veni de Libano sponsa mea. Cant. 4. 8. Tunc facta est divina illa desponsatio celestis Sponsi ad Sponsam Ecclesiam, cum Dei Filius Humanitatem nostram in sanctissimo virginali utero mirabiliter sibi copulavit, & tanquam Sponsus de thalamo processit ad nuptias humani generis reparandi. Philo Carpath. hic.

Fecit nuptias filio suo. Matth. 22. 2. Tunc Deus Pater, & Rex, Filio suo nuptias fecit; quando illum incarnari voluit. Et nuptiarum istarum thalamus fuit uterus Virginis: in illo namque utero natura nostra humana conjuncta est naturæ Dei. S. Rupertus in c. 4. Osee. Hodie est solennitas Dei Patris, qui nuptias fecit Filio suo in desponsatione humanæ naturæ, quam hodie Filius sibi univit inseparabiliter. Hodie est multò magis solennitas humanæ naturæ; quia ejus salus incepit, & redemptio. S. Bonav. Medit. vitæ Chr. c. 4. de Incarnat. Humanæ naturæ Sponsus est illius Dux, & Princeps: Dei nimirum Verbum Caro factum. Victor Antiochen. de S. Mattheo.

Nuptia facta sunt in Cana Galilæe. Jo. 2. 1. Richardus à S. Laurent. l. 1. c. 5. *Cana Zelotypia, Galilæa transmigratio.* In Cana ergo Galilæe, id est, in quasi immoderata charitate, fecit naturam divinam transmigrare ad humanam.

Alia Symbola.

Mel, & lac, sub lingua ejus. Cant. 4. 11. Deus, & homo: mel divinitas, lac humanitas: mel de rore coeli venit, quia natura divina supra omnia est; lac de carne exprimitur, quia humanitas de deorsum assumpta est. Hugo Victor. l. assumpt. Virg.

Veni in hortum meum. Cant. 5. 1. Descendendo in uterum tuum, & assumendo carnem, ut verus homo nasceret, qui verus DEUS eram, veni in hortum meum. S. Rupertus hic.

Dilectus (Fraternus legit S. Ambr.) meus candidus, & rubicundus. Cant. 5. 10. Candidus claritate, divinâ, rubeus specie coloris humani, quem Sacramento Incarnationis assumpsit. Sanct. Ambrosius in Psalm. 118. f. 5. Candidus propter carnem, rubicundus propter sanguinem. Sanct. Gregor. Nilen. hom. 13. in Cant.

Eccc Dominus ascendens super nubem levem. Is. 19. 1. S. Cyrillus, Hier., Theodoret, Athanas., Aug., Bernardus: veniet Christus in nube levi, id est, in corpore concepto de Spiritu S. ex Sacra V. Maria. Sicut enim nubes ex spiritu, & vapore terræ, generatur; sic Christi Corpus formatum est ex Spiritu S. & terrenâ substantiâ. Corn. hic.

Dixit custos, venit manè &c. II. 21. 12. Ab ipsa primæ pravagationis hora, usque ad Christum, omnes sub nocte erant; & viam revertendi ad patriam, portam intrandi ad vitam, invenire non poterant: & idcirco veri diei manè desiderabant. Dixit itaque, *venit manè*. Manè desideratis, manè habetis: in adventum Filij mei suspiratis; citò veniet, quem quæritis. Richardus a S. Vict. l. de Verbo Incarn. cap. 3.

Spiritus Domini super me &c. II. 61. 1. Quando unxit me? quando concipiebar: in utero matris Dominus unxit me. Illic Dominus in regem unxit me; & in Sacerdotem quoque illic Dominus unxit me. S. Rupertus hic.

Magnus dies Jezrahel. Oleez 1. 11. Magnum diem Jezrahel vocat diem Incarnationis Christi, & Redemptionis; quò ipse collecturus erat Jezrahel, id est, semen Dei, putà populùm Fidelem, tam ex Gentibus, quàm Judæis. Corn. in Zachar. c. 4.

Et ecce vir ascendens super equum rufum. Zach. 1. 8. In Christo Divinitas Humanitate, tanquam equò, usà est: unde & in Zacharia equus rufus ostenditur: & in Evangelio Samaritanus hominem à latronibus convulneratum jumento suo imposuisse legitur. Rupertus de div. offic. l. II. c. 13.

Jesus erat indutus vestimentis sordidis. Zach. 3. 3. Locutus est de Jesu Filio Dei: ut ostenderet, eum primò in humilitate, & carne, esse venturum: hæc enim est vestis Sordida. Lactantius l. 4. div. instit.

Ex Novo.

Visitavit, & fecit redemptionem plebis sue. Luc. 1. 68. in Incarnatione, ad instar solis illuminando Mundum. S. Vinc. Ferr. fer. 5. post Latrare.

Exijt, qui seminat. Luc. 8. 5. Allegoricè potest exponi de Incarnatione Filij Dei; quod seminatum in terra uteri Virginalis, conculcatum, id est, despectum est, à Judæis. *Volucres cæli comederunt illud;* id est, reges Orientis. *Supra petram* in conversatione, quia Judæi ipsam voluerunt lapidare. *Insuper spinas* in Coronatione. *In terram bonam,* in sepultura? *& ortum,* id est, resurgendo, *fecit fructum centuplum.* Idem f. D. Sexag.

Quis ex vobis homo, qui habet centum oves &c. Luc. 15. 4. Adventus ad quærendam ovem perditam Incarnatio est Filij Dei: imposito ovis in humeros, redemptio est humani generis in proprio corpore: reditus domum, resurrectio, & ascensio est in cælum. Cajetanus hic.

Cecidit super collum ejus. Luc. 15. 20. Cecidit, cum per Christum Divinitas tota, nostrà decumbit, & incumbit, in carne. S. Chrysol. l. 5.

Et ecce equus albus, & qui sedebat super illum, habebat arcum, & data enim ei corona. Apoc. 6. 2. Equus albus Humanitas Christi in qua multum fecit peccati contagium. Sessor Verbum, qui eam in omnibus

operibus suis regebat; à cujus nutu, & voluntate, neque tantillum unquam deviauit. Hic habebat in manu sinistra arcum, quò malos percussit; & sagittas, id est, judicariam potestatem. S. Thom. Vill. D. Quing.

§. II.

Cur Incarnata secunda Persona?

DE Verbo vita. I. Jo. I. 1. Causa, cur Filius sit incarnatus, non Pater, aut Spiritus S. hæc est: quia Incarnatio idcirco facta est; ut per eam Deus se manifestaret hominibus: Verbi autem est, rem manifestam facere. Cornelius hic.

Filius est similitudo Dei. Angelus autem, & homo, assumpserat sibi similitudinem Dei. Debut ergo ille incarnari, cui specialiter injuria facta fuerat; ut istum misericorditer salvaret; illum justè damnaret. S. Anselmus in Elucidario.

Divina dispositio, quâ Filij Personam potius, quàm Patris, aut Spiritus S. incarnari complacuit, idcirco maximè miranda est: quia peccatum primi hominis maximè contra eundem Filium commissum est; ob cujus expiationem Filius ipse homo fieri dignatus est. Utique contra Filium, quia eum, qui Sapientia Patris est, superbe amulati sunt; id est, pares illi sese fore arbitrafi sunt, habendo scientiam omnium. *Adam quasi unus ex nobis,* id est, quasi Filius, qui Sapientia Patris est; cujus aequalitatem appetivit, id est, scientiam boni, & mali. Unde miranda Divinitatis dispensatio, mira dignatio: ut ille, contra quem potissimum peccatum commissum est, scilicet Filius, intercessor apud Patrem accederet homo factus; & pro inimicis suis morte spontaneâ charitate addictus: tanquam si Isaac idcirco se patiatur immolari, ut Ismael in gratiam patris, ac matris veniat, suusque coheres fiat: qui ideo fuerat ejectus; quia se, non ipsum patrem, persequeretur. Rupertus l. II. c. 18.

Quid sibi vult, ut è tribus Personis, non Pater, non Spiritus S. advenerit, sed Filius? minime id factum, arbitror sine causâ. -- Quid agat Filius, videns pro se zelare Patrem, & nulli penitus parcere creaturæ? ecce, inquit, occasione mei creaturas suas Pater amittit? Alitudoinem meam primus Angelus affectavit; & populum, qui sibi credidit, habuit: sed continuo Patris Zelus graviter vindicavit in illum, percutiens eum pariter cum omnibus suis, plagâ incurabili, castigatione crudeli. Scientiam quoque quæ nihilominus mea est, furripere homo voluit: & nè illi quidem misertus est, nec peperit oculus meus. -- Ergo ut sciant, quia & ego diligo Patrem: per me recipiat, quos quodammodo propter me amississe videtur. S. Bernardus l. 1. de adventu D.

Exigebat ratio, ac divinæ congruebat Sapientie, ut per ipsum humanum restauraretur genus, per quem conditum esse, sacra testantur eloquia Sancti. Laurentii, Just. lib. de spir. resurr. animæ.

Quoniam eodem habet res formari, & deformatam reformari; & omnia leguntur per Sapientiam esse facta Pl. 103. ~~24~~ necesse est, omnia per Sapientiam reformari. Imago ergo rationalis isanimæ, quæ ad totius Sapientiæ similitudinē legitur esse facta; per peccatum verò postmodum deformata in tantum, ut meritò possit quæri, *cujus est hac imago?* per Sapientiam est necessariò reformanda. S. Bonav. in Sap. c. 6.

§ III.

Incarnatio opus stupendum potentie Dei.

Vina & C.

Ex Veteri, & Novo.

Quoniam *elevata est magnificentia tua.* Pl. 8. 2. Magnificentia Domini est Incarnationis arcanum. Inter cujus diversa miracula hoc nobis super omnia cognoscitur esse celebransum; quòd Deus dignatus sit homo fieri; & crucem pro omnium salute sustinuit. Cassiodorus hic.

Super semur tuum potentissime. Pl. 44. 4. Quoniam Deus Verbum carnis debilitati se conjuncturus erat pulchrè additur, *potentissime*: quoniam maximæ potentie demonstrationem habet; posse DEUM in humana esse natura. S. Basilii hic.

Excita potentiam tuam, & veni. Psal. 79. 3. Tanquam patientem, & otio utentem, DEUM excitat: omnem tuam, inquit, potentiam move, nostram salutem tractans. B. Theodoretus hic.

Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium Domini. Il. 51. 9. Ac si dicat: quid tam diu te contines in sinu Patris, o brachium Domini: consurge, & induere & fortem dilectionem, pulchram, & fortem obedientiæ charitatem. S. Rupertus hic.

Domine, audivi auditionem tuam. Habac. 3. 2. Sept. addunt: *consideravi opera tua, & obstupui, vel expavi.* Quod Sancti. Aug. l. 18 de Civit. 32. allegoricè refert ad opus Incarnationis Christi: quòd præ sui novitate, tantaque Majestatis exinanitione, stuporem, & sacrum honorem, ex sui reverentia incutit. Equidem si cum S. Magdalena sedentes, & abstracti, non aliud contempleremur totà vità quàm hoc: *Verbum Caro factum est; Deus homo*; jugiter obstupesceremus. Et quò magis, ac diutius, illud contempleremur; in eo magis in stuporem, imò in extasim, raperemur. Corn. hic.

Et vocabunt nomen ejus Emmanuel. Matth. 1. 23. Nota: Christus ab Isaia, & Mattheo, non vocatur Emmanuel Jehova, vel Emmanuel Adonai, aut Eloim; sed *Emmanuel*; cum tamen hæc omnia sint nomina Dei: quia Jehova notat Dei essentiam, ut Ens primum, summum, & immensum. Adonai Dei Dominium. Elohim providentiam, & judicem omnium. El autem significat Dei robur, & omnipotentiam; quia Deus in Incarnatione summum robur, & potentiam ostendit, Cornelius hic.

Fecit potentiam in brachio suo. Luc. 1. 51. Communis, & vera, expositio intelligit Verbum Dei incarnatum. Alia dicuntur opera manuum, digitorum, seu unius digiti Dei. Pl. 101. 26. *opera manuum tuarum sunt caeli.* Pl. 8. 4. *quoniam videbo caelos tuos opera dignitorum tuorum.* Ex. 8. 19. *Digi us Dei est hic* At Incarnatio; cum opus fuerit majoris negotij, integro Dei brachiò opus fuit. Sylveira hic.

Missus est Angelus Gabriel. Luc. 1. 26. Gabriel denominatur à fortitudine Dei: tum quia in mysterio Incarnationis Verbi Dei tota ratio tacti est fortitudo, seu potentia facientis (nihil siquidem opus comparabile est operi, quò Verbum Caro factum est) tum quia annuntiabat Messiam non solum fortissimum ad debellandum, quæ sunt Carnis, Mundi, & demonum; sed Patrem totius veræ fortitudinis. Cajetanus hic.

Ex Patribus, & aliis.

Quid est magis tremendum? quòd se dedit Deus terris; aut, quòd vos dat cælo? quòd societatem carnis intrat ipse; aut quòd vos facit consortium Divinitatis intrare? quòd mortem sumit ipse; aut quòd vos resumat ex morte? quòd ipse in vestram nascitur servitutem; aut quòd sibi vos gignat in liberos? Est utique terribilis, quòd terra transfertur in cælum, homo pietatem mutatur, servitutis fors dominationis jura fortitur. S. Chrysolog. l. 67.

Abyssus planè impericrutabilis, Incarnationis Dominicæ Sacramentum, abyssus impenetrabilis. *Verbum Caro factum est, & habitavit in nobis.* S. Bernardus l. 2. de Annunt. B. V.

Advertite lumen in lucerna testæ, solem in nube, Deum in homine, in luteo vasculo carnis nostræ splendorem gloriæ, candoremque lucis æternæ. Guarricus l. 2. de Nat. D.

Amplius Deus innotuisti in Filio, quàm in Mundo, & perfectius in homine, quàm in orbe. In hoc monstrasti, quis esses, quid scperes, quid posses, quantumque amares, quantum ignosceres; quàm bonus, quàm pius, quàm misericors, & quàm magnificus esses. S. Thom. Vill. l. 3. in Nat. D.

Mirare, quòd in ipso principium junctum est cum postremo, Deus cum homine sexto die formatò. Æternum junctum est cum homine temporali in plenitudine temporum, de Virgine nato; simplicissimum cum summè composito; actualissimum cum summè passo, & mortuo; perfectissimum, & imensum, cum modico; summè unum cum individo composito, & à cæteris distincto, homine scilicet Jesu Christo. S. Bonavent. l. 1. c. 6.

Convenerunt in unum in illo thalamo Virginali Creator, & creatura; factor, & factura; Deus, & homo; Redemptor, & redemptus; captivitas, & redemptio; pretium, & emptum; amor, & amatus; mors, & vita; nobilitas, & abjecto; dives, & pauper; judex justus, & justè damnatus; liberans, & liberandus; æternum, & temporale; antiquum, & novum.

novum. Simon Cass. de gest. Salvat. l. 1. cap. 2.

Nullum ab æterno majus factum, quam Verbum Caro factum. Et cum in principio fecisset Deus ex nihilo cælum, & terram; excedit tamen, quod ejus Filius incarnatus sit. Idem. l. c. 1.

§. IV.

Incarnatio opus immensi amoris

Ex Veteri, & Novo.

Adam - ubi es? Gen. 3. 9. Ediscebat Deus, ut nobis fidem sterneret, etiam affectus humanos. Sciebat jam tunc suscepturus etiam ipsas substantias hominis, carnem, & animam; interrogare, quasi ignorans. *Adam ubi es?* Si igitur Deus ita se probat; quomodo tu Deus futurus ex JESU natalitio, non curas te exercere, an possis Dei actiones æmulari? Tertull. lib. de Prax.

Zelus Domini exercituum faciet hoc. If. 9. 7. Nota: zelus seu zelotypia, est animi affectus, inde natus; quod timer aliquis, ne ab alio occupetur, quod sibi soli optaret. Hinc sæpe zelus capitur pro amore. Sic ergo Dei Filius vehementer dilexit genus humanum; idem agrè tulit illud venisse in diaboli potestatem. Hoc zelò, & æmulatione incitatus voluit incarnari, atque in carne assumpta proeliò diabolum corrivalem suum expugnavit. Hinc Redemptio Christi sæpe in Scriptura tribuitur zelo ejus, quasi fonti. Quocirca S. Anselmus scripsit librum hoc titulò: Cur Deus homo? & respondet his Isaïæ verbis; zelus Domini exercituum fecit hoc. Cornelius hic.

Ego, ego ipse consolabor vos. If. 51. 12. Non legatus veniet, aut angelus; sed ego ego ipse consolabor vos consolatione propria, quæ nemo alius potest consolari vos. Paracletum; id est, consolatorem, ego habeo; Paracletum Spiritum S. ego vobis dabo. S. Rupert. hic.

Canticum Canticorum. Sunt in Scriptura veteris instrumenti Cantica insignia numero sex. Canticum Moyfi. Ex. 15. Ejusdem Deut. 32. tertium Annæ I. Reg. 2. quartum Isaïæ 12. quintum Ezechia regis. If. 38. Sextum Abacuc. 3. Septimum, & novissimum, est Canticum illud, maximi, & singularis beneficii Dei, Canticum amoris, quò DEUS in B. V. descendit. Et certè dicitur Canticum Canticorum: quia, quod in ea canitur, beneficium est omnium beneficiorum. Sanct. Rupertus Prologoin Cant.

Deus ab austro veniet, & sanctus de monte Pharan. S. Aug. Sic legit: *Deus de Theman veniet, & sanctus de monte umbroso.* Habac. 3. 3. Quod hic dictum est, de Theman veniet, alij interpretati sunt, ab Austro, vel ab aphrico; per quod significatur meridies: id est, fervor charitatis, & splendor veritatis. S. Aug. de Civ. l. 18. c. 32.

Deus ab Austro veniet. ib. Sicut Auster nubem pluviarum dulcium, ita charitas Spiritus

S. Christum cum pluvia gratiarum venire cogit. Sanct. Bonavent. l. 7. D. 1. adv. Ab Austro veniet, id est, ex calore charitatis. Cornelius hic.

Inventa est in utero - de Spiritu S. Matth. 1. 18. Cur non dicit Mattheus, in utero habens de Patre æterno, aut de Filio? Respond. id æquè verè eum dicere potuisse: opera enim SSS. Trinitatis ad extra omnibus tribus Personis sunt communia. Sed maluit dicere de Spiritu Sancto: quia sicut potentia appropriatur Patri, Sapientia Filio; sic amor, bonitas, gratia, quæ in Incarnatione maxime elucet, attribuitur Spiritui S. Sanct. Thomas 3. p. q. 32. a. 1. & seq. docet: Tò *de Spiritu Sancto*, significare: ex puro amore Dei, & Spiritus Sancti sine meritis hominum, per etiam esse Verbi Incarnationem. Cornelius hic.

Spiritus Sanctus superveniet in te. Luc. 1. 35. Cur hoc opus tribuitur Spiritui Sancto, cum omnia opera ad extra communia sint omnibus tribus Personis? Sanct. Thomas Aquin. 3. p. q. 52. a. 1. in corpore: Spiritus S. est amor Patris, & Filij; hoc autem opus Incarnationis ex Dei amore maximo provenit.

Ad quem accedentes lapidem vivum. 1. Petri 2. 4. Ut lapis suo pondere ex alto ruit; ita Christus amoris sui erga nos pondere de cælis descendit in terram. Cornelius hic.

Ex Patribus, & aliis.

DEUS amore venit ad homines, venit in homines, factus est homo. Amore Deus in visibilis servis suis factus est similis. S. Aug. Manual. c. 21.

Si DEUS peccatores non amaret, de cælo ad terras non descenderet. Idem tr. 49. in Joan.

Magnum mysterium! magnum divinæ dilectionis indicium! homo DEUM contemnens a DEO discessit; DEUS hominem diligens ad homines venit. Dilexit impium, ut faceret justum; dilexit infirmum, ut faceret sanum; dilexit perversum, ut faceret rectum; dilexit mortuum, ut faceret vivum. B. Fulgentius serm. de dupl. Nat. Chr.

Conscientia mihi testis est, Domine JESU! quid fecerim tibi; & Crux tua mihi testimonium perhibet; quid tu feceris mihi. Tu DEUS, & ego homo: & tamen pro me tu DEUS factus es homo. Tu Creator, & ego creatura: tu pro me dignatus es fieri creatura. Tu Dominus, nos servi: & pro servis dignatus es fieri servus. Sanct. Bernardus l. 13. in Con. D.

In nullo Deus sic commendat charitatem suam, quomodo in mysterio Incarnationis ejus, & Passionis: in nullo sic revelatur ejus pietas; in nullo sic apparet benignitas,

tas, quomodo in Humanitate. Idem f. de dil. DEO.

Cum in multis mirabilis, amabilisque, appareat Deus; in nullo tamen sic mirabile, amabilemque, suam hominibus patefecit charitatem, sicut cum Deus homo factus est. S. Laurent. Just. de casto connub. c. 23.

Nullum est tam evidens divinæ charitatis indicium, quam quod DEUS Creator omnium factus est creatura: Dominus noster factus est frater noster; Filius Dei factus est filius hominis. Sanct. Thomas Aquin. Opusc. 3. cap. 5.

Deus immortalis æternus, immutabilis, omnipotens, Creator omnium, ac Rector; summa Sapientia, cui cœlum sedes, & terra scabellum pedum ejus; qui cuncta pugillō virtutis suæ continet; nullus egens; amore videtur hominis cœlo descendit; utrum Virginis ingressus, Humanitatem nostram assumpsit. Philo. Carpath. c. 7. in Cant.

O charitas! quam pia, & quam opulenta! ô quam potens! nihil habet, qui te non habet. Tu Deum in hominem demutare voluisti. Tu Adam in Christo renovasti. Tu sola rogari non nosti: tu cœcorum oculus; tu pes claudorum; tu scutum fidelissimum viduarum: tu melior pupillorum, plus quam uterque, parens. Tibi oculos nunquam siccos esse; aut misericordia permittit, aut gaudium. Sanct. Zeno Ver. l. 2. ad Neophytos.

§. V.

Affinis præcedenti.

In Incarnatione Christus est frater noster.

Quis mihi det te fratrem meum &c. Cant. 8. 1. Vox ista antiqua iustorum optantium adventum Christi in carne. S. Isidorus hic. Ut sis frater secundum carnem, qui ametur, & gratiam præbeat, & misericordiam: non Dominum, qui timeatur, & poenam inferat. Hugo Card. hic.

Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Joan. 1. 12. Consideremus, fratres charissimi, quanta gratia Redemptoris nostri, quam magna sit multitudo dulcedinis ejus. Unicus ex Patre natus est, & noluit remanere unus. Descendit ad terram, ubi fratres sibi, quibus regnum Patris sui dare posset, acquireret; qui, quod ipse semper habebat per naturam, acciperent per gratiam. V. Beda hic. Se fecit pro nobis incarnatum, ut sibi essemus in Humanitate fratres, qui nequiveramus in Deitate: ac etiam essemus in æterna beatitudine cohæredes, qui facti sumus in Humanitate fratres. Simon Cass. de gest. Salv. l. 1. cap. 2.

Gratias tibi agimus Jesu Christi, quod creasti nos; sed creatos feris bestiis, mutis animalibus, præfecisti: Majora sunt visitationis tuæ munera. Visitatos majestatis tuæ consortijs honorasti, dicens: *narrabo nomen tuum*

Reliquis. Sacr. Tom. I.

fratribus meis. Pl. 21. 23. Suscepto enim corpore frater es factus; nec Dominus esse desisti. S. Ambr. f. 20. in Pl. 118.

O amanda, & admiranda, dignatio! Deus immensæ gloriæ vermis contemptibilis fieri non despexit. Deus omnium, confervus servorum apparere voluisti. Parum tibi visum est, Patrem te nobis esse, & Dominum; frater noster esse dignatus es. S. Bernardus serm. de Pass. D.

Deus tuus factus est frater tuus. S. Bernardus f. 19. de div. affect. animæ.

O dignatio mira! ô humilitas summa! ô charitas inexpectata! ô pietas stupenda! quando Deo unitur limus, summus fit imus, & fortissimus fit infirmus! Quid mirabilis? quid cogitari potest dulcius? quam Deum nostrum videre, factum esse fratrem nostrum? S. Bonav. f. 6. de Adv. D.

Verum & præter hoc, est aliud, quod in hoc nomine Filij hominis rememorantes, amplius delectemur. Etenim proximum, atque fratrem nostrum, sese vult intelligi, tam frequentem habens in ore suo appellationem Filij hominis. Sanct. Rupertus in Joan. l. 3.

§. VI.

Incarnatio opus summæ benignitatis, clementiæ &c.

Mare (transeunte Arcâ Testamenti) vidit, & fugit; Jordanis conversus est re-
rorsum. Pl. 113. 3. Ante carnis assumptionem mare vidit, & fugit, Jordanis &c. Assumpsit Corpus Dominus, ut mare videns sisteret, & Jordanis sine timore illum susciperet. S. Cyrillus Jerof. Catech. 12. q. d. Ante Incarnationem plurimum Deus præferbat Majestatem, graviusque in homines decernebat supplicia: sed postquam hominem induit, suavique humanitate erga omnes uti cœpit; calcari se mare patienter ferebat: nec fugiebat Jordanis, cum ad illum homo Deus venit. Didacus Niss. D. Palm. §. 5.

Verbum Caro factum est. Joan. 1. 14. Cur non dixit: Verbum homo factum est? Theophylactus: carnis meminit; ut ineffabilem ejus benignitatem obstupescamus. Anima enim cognitionem habet cum Deo; caro autem nullō modō communicat. Idecirco opinor, Evangelistam solō carnis nomine usum: non quod anima expers sit assumptionis; sed ad majorem ostensionem mirandi, & stupendi, Sacramenti.

Ubi venit plenitudo temporis. Gal. 4. 4. id est, de mittendo Filio. Dicitur plenum tempus propter plenitudinem gratiarum, quæ in eo dantur. Item propter impletionem promissorum. S. Thom. Aqu. hic Lect. 2.

Humanitas, & benignitas apparuit. Tit. 3. 4. Ubi Dei innotescit Humanitas, jam benignitas latere non potest. S. Bernardus f. 1. in Epiph.

X x x

Qua-

Quanta, & quàm ineffabilis pietas Redemptoris? hominem portavit ad cœlum, & Deum misit ad terras. S. August. l. 2. ser. 2. Pent.

Sic in se totum hominem verus DEUS, & summus, accepit; & sic plenitudo Divinitatis, veritate Divinæ, humanæque, substantiæ inconfusibiliter permanente, semetipsum plenè conjunxit homini: ut uninate deinceps in æternum manente Personæ, nec homo Christus à sua Divinitate, nec idem Deus Christus à sua posset Humanitate disjungi. S. Fulgentius l. 3. c. 8.

Semper quidem dilectissimi, diversis modis, multisque mensuris, humano generi Bonitas divina consuluit, & plurima providentiæ suæ munera omnibus retrò sæculis clementer impertit. Sed in novissimis temporibus omnem abundantiam solitæ benignitatis excessit in Christo ipsa ad peccatores misericordia, ipsa ad errantes Veritas, ipsa ad mortuos vita, descendit. S. Leo l. 4. in Nat. D.

Beneficium Incarnationis Filii Dei, donum est divinæ Majestatis, & largitatis; quò, majus in thesauris Dei inveniri non potuit. Est elemosyna, quâ miseriæ generis humani salvandi, atque relevandi, efficacior, atque convenientior, cogitari non possit. Est flamma divinæ charitatis, quâ calefaciendo, atque vivificando generi humano, de camino, & fornace, divinæ dilectionis ardentior, sive ferventior, emicare non potuit. S. Bernardus l. de Nat. D.

§. VII.

Incarnationis circumstantiæ, loci, temporis &c.


In civitatem - cui nomen Nazareth. Luc. 1. 26. Ubi castitatis, & munditiæ, mater, nisi in Nazareth, habitare debuerat? quæ flos, vel munditia, interpretatur. Eusebius Emis. D. 4. in adv. fer. 4.

Congruebat in flore florem concipit, in flore nutrir; in florum tempore, id est, in Vere, & Martio, nuntiari. Sanct. Bonavent. in 1. Luc.

Adam figuram CHRISTI gestavit: nam sicut ille sextâ die formatus est ad imaginem Dei; ita sextâ Mundi ætate Filius Dei carnis formam induit. S. Isidorus in Alleg. S. Script.

Eòdem die, quò primus homo conditus est missus est Angelus ad Virginem incorruptam. Simon Cass. l. 2.

Hoc potiùs mirandum; quomodo, qui Angelum miserat ad Virginem, ab Angelo inventus est esse cum Virgine. Itane velocior Angelò fuit Deus? ut festinantem nuntium celerior ipsè præveniret ad terras? Sanct. Bernardus. hom. 3. Sup. Miss.



§. VIII.

Incarnati Verbi humilitas.

Adorate scabellum pedum ejus. Psal. 98. 5. Verbi assumptum corpus, quamvis gloriosum, quamvis magnum, quamvis adorabile; tamen propter humilitatem Humanitatis, scabellum pedum compenter accipitur. Et quid mirum, si scabellum dicitur, qui se vermi comparavit? Cassiodorus hic.

Adhuc unum modicum est, & ego commovebo cœlum, & terram &c. Aggæi 2. 7. Cur cœlum, & terrâ, & mare, in Incarnatione Christi commota fuerint? causa est: quia quasi stupuerunt tantam Christi exanitionem, & charitatem. Corn. hic.

Verbum Caro factum est. Jo. 1. 14. Potuisset dicere: Verbum factum est anima, id est, homo animatus, & vivus: maluit tamen dicere caro: ut ostenderet; quantum Dei benignitas nostri amore pro nobis se exinaniverit. Cornelius hic. Quamvis appellatione Carnis intelligatur homo, Evangelista tamen non dicit, & verbum factum est homo, sed factum est caro: ad explicandam divinam dignitatem in hoc, quòd verbum factum est id, quòd est infimum in homine, scilicet caro. Cajetanus hic.

Omnium humanarum infirmitatum, vel injuriarum, quas pro nobis pertulit divina dignitas, sicut tempore primam, sic etiam humilitate ferè maximam, exitimo: quòd in utero concipit, in utero novem mensium tempore majestas illa incircumscripta passa est contineri. Ubi enim sic se exinanivit, aut quando ita penitus à se defecisse visus est? tantò tempore nihil illa virtus manifestum operatur. In utero sic est, quasi non sit. Sic omnipotentis virtus vacat, quasi nihil posset: & Verbum æternum sub silentio se premit. Guarricus sect. 3. de Annunt. B. V.

§. IX.

*Incarnatio quanta bona humano generi attulerit.**Ex Veteri, & Novo.*

Germinet terra herbam virentem. Gen. 1. 11. Vix Deus cœlum, terramque, condiderat, quando terrenæ miserans ariditatis inquit, germinet &c. & statim flores, fructusque, potulit; quibus dives, & pulchra, tellus exornabatur. Et adhuc cœli sordent sine sole frigent. Cur ita? Anastasius Sinaita l. 4. in Gen. Antè Deus ornavit terram, quàm cœlum: tantquam si terra ante cœlum dirata sit Christi mysteriò, & adventu.

Vocem tuam audivi in paradiso, & timui. Gen. 3. 10. Sed dum angelus pastoribus dixit Luc. 2. 10. nolite timere, timore omnì depositò confidenter dicunt: *transseamus usque Bethleem v. 15.* Neque magi accedere eum formidârunt. Ubi Adam peccavit, Verbum necdum naturam assumpsit: sed cum homo natus, terrorem deposuit. S. Bernardus l. 1. de Nat. D. noli fugere, noli timere: non venit cum

cum armis; non puniendum, sed salvandum, requirit. Et nē dicas fortē etiam nunc: vocem tuam audivi, & abscondi me; ecce infans est, & sine voce. Nam vagientis vox magis miseranda est, quā timenda de Castil-
lo Illat. 58.

Modicum habuisti, antequam venirem ad te. Gen. 30. 30. Laban typus Mundi. Quid habebat hic Mundus, antequam Christus venit? quid? nisi modicum Legalis scientiæ, modicumque carnalium cæremontiarum. At nunc arves, inquit Christus, effectus es, benedixisti tibi DEUS ad introitum meum. Verē dives effectus est Mundus universus præclarā nimis veri Dei notitiā: benedixitque illi Deus ad introitum Christi Filij sui omni benedictione spirituali; quā & imprimis illi omnia peccata condonavit; & deinde multiplicia ei contulit Spiritus Sancti dona. Rupertus cap. 37. in Genes.

Annuntiate inter Gentes studia ejus. Psalm. 9. 12. Studia Symmachus arres exposuit; Aquila verō mutationes. Revera mutatio fuit rerum omnium maxima. Qui quondam inimici erant, amici sunt: longinqui proximi; servi filij. Qui in ignorantia erant, in cognitione sunt; qui intenebris, in luce; in spe vitæ, qui mortui erant. Pauperes hæredes regni colorum. Judæi procul, & Gentes propē; filij canes, & canes filij. Et hæ Salvatoris artes decoræ sunt: immortalitas pro mortalitate donata est, & per mortem vita; per dedecus decus; benedictio per maledictionem, per Crucem salus. Hæ sunt artes, hæc studia, Salvatoris nostri. B. Theodoretus hic.

Orietur in diebus ejus justitia, & abundantia pacis. Psal. 71. 7. Hic erit primus fructus Adventus Christi; vera justitatio, & verissima pax cum Deo, & cum omnibus hominibus. Robertus Bellarm. hic.

Ut jumentum factus sum apud se. Psal. 72. 23. Talia jumenta cognoscunt possessorem suum, & præsepe Domini sui; in quo positum est eis pissimum fœnum ipse, qui panis est Angelorum. Ipse enim est panis vivus, de quo vivere debuit homo. Sed quia homo jumentum factus est; & panis factus est fœnum; ut vel sic vivat de eo. -- Totus liquidem mihi datus, & totus in meos usus expensus est. Sanctus Bernardus ser. 3. in Circumcis.

Mare vidit, & fugit &c. Psalm. 113. 3. Fugit mare, & Jordanis, quia divinam præsentiam formidant. Non sic Jordanis, cum Christus inter ejus undas tingeretur. Matth. 3. 13. & ambularet super aquas maris Matth. 14. 26. S. Cyrillus Jeros. Catech. 12. venit Christus, ut baptizaretur, & sancti ficaret baptisma: venit, ut miracula operaretur, ambulans super aquas maris: quoniam ante carnis assumptionem mare vitæ illum, & fugit; Jordanis conversus est retrorsum. Assumpsit corpus Dominus, ut mare videns su-

Polyanth. Sacr. Tom. I.

stineret, & Jordanis sinē timore illum susceperet. de Castil-
lo Illat. 58.

B. nediū fructus ventris. Luc. 1. 42. Dicitur Christus. Toletus Annot. 119. Elisabeth. vocat Christum fructum: hoc enim nominæ conficitur, in nostram utilitatem carnem sumptisse; sicut est fructus in utilitatem, & nutrimentum edentium.

Sol in artem ingrediens. Lem: Jam hyems transijt. S. Ambr. in Cant. 2. Ante adventum Christi hyems erat; venit Christus, fecit æstatem. Tunc omnia erant florum indiga, nuda virtutum: Passus est Christus, & omnia ceperunt novæ gratiæ fecundari gemitibus.

Ex Patribus, & aliis.

Non aliter nos dicere poteramus, quæ sunt Dei; nisi Magister noster, Verbum existens, homo factus fuisset. S. Irenæus l. 5. c. 1.

Hujus causæ gratiā Deus excelsus universorum opifex nostram accepit formam; ut Angelorum sanctimoniam ex cœlo deduceret. Sanct. Chrysof. serm. de Joseph.

Factus est per condescensionem nostræ Humanitatis, tanquam lac parvulorum; qui in sublimitate suæ Divinitatis Panis est angelorum: per carnem enim luximus Majestatem. B. Ivo l. de ass. B. V.

In ipso (incarnato) stat nostra perfectio, & etiam totius Mundi. Dicunt Geometrici: quod figura Sphærica, sive circularis, nunquam est perfecta, quousque finis jungatur principio. Deus fecit totum Mundum in figura Sphærica. Principium Mundi est Deus, finis fuit homo, quia ultimò fuit creatus. Figura ergo circularis, quando finis, scilicet homo, fuit unitus principio, scilicet DEO per benedictam Incarnationem. Ego primus, & ego novissimus; Deus, & homo. S. Vincent. Ferr. D. 2. Adv. l. 7.

§. X.

Incarnatio nostra gloria, honor, exaltatio.

Abijt in regionem longinquam, accipere sibi regnum. Luc. 19. 12. Rex æternus æternò Rege progenitus, peregrè profectus secundum corporis susceptionem; quia vias hominis tanquam iter ingressus alienum, in hunc Mundum venit, ut regnum sibi pararet de nobis, quibus ait Luc. 17. 21. regnum Dei intrà vos est. S. Ambr. l. 5. c. 6. de Fide.

Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Joan. 1. 12. Cur Joannes filiationem adoptivam connectit, cum Incarnatione? statim enim addit: *Et verbum Caro factum est*, v. 14. Ut sic nobis divini amoris aperiret magnitudinem. S. Aug. tr. 2. in Joan. Magna benevolentia! unicus natus est, & noluit manere unus. Multi homines, cum filios non habuerint, peractâ ætate adoptant sibi. Si autem habeat aliquis filium unicum, gaudet de illo; quia solus omnia possessurus est. Non sic Deus: unicum,

Xxx x 2 cun-

eundem ipsum, quem genuerat, misit in Mundum; ut non esset unus, sed fratres haberet adoptivos. Sylveira hic q. 45.

Tunc cœlum terra facta est, cum cœli Dominum contineret; quem omnibus manifestavit, ubique clarâ voce professa, cœlorum Regem adventasse. Sanct. Chrysostom. hom. 11. in Joan.

Magna mihi gloriatio, Domine, quod pro me cœlum, sidera, & alias creaturas, fecisti: sed multo sine comparatione mihi major gloriatio; quod pro me formam servi accipiens factus es similis mei. Magna mihi gloriatio, quod me cunctis animantibus præposuisti; sed sine ullâ comparatione major mihi gloriatio; quod pro me te Dominum universæ Creaturæ uai puellæ Virgini, & fabro, subdidisti. S. Laurent. Just. de incend. am. c. 4.

Corona nostra Caro Christi est; per hanc regnum cœlorum possidemus. S. Thom. Vill. l. 2. in Nat. D.

§. XI.

*Incarnationis fines nobis salu-
tares.*

Factus est homo in imaginem. Genes. 2. 7. Adam factus est ad formam Dei, ut esset dominus omnium: & CHRISTUS factus est ad formam hominis, jam miseri, ut esset servus omnium. Hugo Card. hic.

Ex ea, quæ fuit Uria. Math. 1. 6. Notandum: in genealogia Salvatoris nullam sanctarum assumi mulierum; sed eas, quas Scriptura reprehendit: ut, qui propter peccatores venerat, de peccatoribus natus, omnium peccata deleter. Sanct. Hieronym. lib. 1. c. 1. in Matth.

Conversabatur DEUS, ut homo divina agere doceretur. Ex æquo agebat DEUS cum homine, ut homo ex æquo cum DEO agere posset. DEUS pusillus inventus est, ut homo maximus fieret. Tertull. l. 1. adv. Marcionem.

Relinquentes homines Deum, fabricaverunt idola: Deo itaque in humana naturâ falsò adorato, DEUS verè homo factus est, ut solveretur saltum. Sanct. Cyrill. Jeros. Catech. 12.

Sicut cum picta uspiam imago exterioribus foribus ferme fuerit oblitterata, rursus illum advenire necesse est, cujus est forma, ut in eadem tabula possit imago renovari: Ità, & sanctissimus Filius, imago scilicet Patris, ad

nostra descendit; ut factum ad imaginem suam hominem renovaret, ac per remissionem peccatorum ante perditum inveniret. Sanct. Athanasius Alex. lib. de Incarnatione Verbi.

Quia Verbum ipsum mori possibile non erat, quippe immortale; corpus sibi, quod mori posset, assumpsit: ut ipsum quasi proprium pro omnibus immolaret. Idem ibidem.

Quid est illius Incarnationis Dominicæ mysteriò factum? nisi ut divitiâ unirentur, & discordantia pacarentur. S. Fulgentius l. 2. ad Monimum.

Propter liberandum hominem ab æterna morte factus est homo. Sanct. Leo l. 1. in Nat. D.

Ideo filius hominis est factus, ut nos filij DEI esse possimus. Idem l. 6. in eadem fol.

Gaudeamus, quia venit regnurus in terra, ut nos cum illo regnare possimus in cœlo. S. Chrysol. l. 144.

Ad vitiatam, læsamque imaginem, imaginis ipsum auctorem, bonitatis cum coloribus reformaturum mittit. S. Basilus Seleuc. Orat. de Incarnat. D.

Venit secundus Adam, ut imaginem in nobis suam, ac similitudinem, exemplis suis restauraret. V. Beda hexam.

Tota dispensatio Humanitatis CHRISTI nihil aliud intendit, nihil aliud fecit; nisi ut intentionem nostram ad superna dirigeret; & expletò tempore nostræ mortalitatis, ad manifestandam visionem sui perduceret. B. Ivo Carnot. l. in Ascens.

Inducta nostræ confusione miseræ beatæ Misericordia Dei; ut ab ipsa liberati æternâ beatitudine potiremur. Simon Cass. de gest. Salv. l. 1. c. 2.

§. XII.

Incarnatio honoranda.

Fueruntque ei obviam Angeli Dei. Genes. 32. 1. Agar apparet unus Angelus. Genes. 16. 7. Et Gedeoni Judic. 6. 11. Et Marti Samson Judic. 13. 3. At verò Jacob obviam plurimi. Disparitatem dat Sanct. Gabriel Luc. 1. 32. *regnabit in domo Jacob.* Cum in ejus domo jam CHRISTI sedes cernebatur; non mirum, quod certatim omnes Angeli ad ipsum veniant. Vide Origenem tom. 2. Sylveira in Luc. 1.



TITULUS VI. INCONSTANTIA.

§. I.

Symbola, & Similitudines.

Ex Veteri.

FECIT DEUS firmamentum, divisitque aquas, quæ erant sub firmamento. Gen. 1. 7. In hoc secundo die notandum est, quia operis laudatio deest, quæ in cæteris diebus apposta est. Cur ita Spiritui S. complacitum sit? merito quæri solet. Ad quod respondendum: quia decet unum quid totum esse, quod jure diceatur bene factum. At verò firmamentum una quidem, & pulchra species est; veruntamen, juxta intentionem operantis, unum quid totum non est. Quid enim intendebat ille architectus DEUS, cum dixit: *fiat firmamentum in medio aquarum, & dividat aquas ab aquis?* hoc utique, ut faceret mundi hujus amplam domum, pulchram domum; cujus quasi tectum hoc firmamentum. Rupertus in Gen. 1. c. 30. Nota: quod hujus secundi diei operi non adhibetur benedictio: quia opus hujus diei inexpletum tertîa die perficitur. Hugo Card. hic.

Primogenitum asini redimes ove, sin autem nec pretium pro eo dederis, occidetur. Ex. 34. 20. Cur exclusus? Pierius Valerianus ait: alinum fuisse veteribus symbolum ejus, qui magnò animò rem aliquam aggreditur, sed non proficitur, cum Lem *Egredium principium ciro destitutum.* Hæc ille l. 14. c. 6.

Asinus cum cursum inicit; licet contentis nervis id faciat, mox conquiescit, & subsistit. Didacus Niss. D. Sexag. §. 5.

Et hic aspectus eorum: similitudo hominis in eis, quatuor facies uni. Ezech. 1. 5. 6. Unus homo quatuor faciebus præditus ostenditur. Justinus M. q. 44. Cicur animal est homo, ferum leo, grave vitulus, volatile, & leve, aquila. His vultibus præditus homo, qui singulis horis alios vultus ostendit: nunc cicur ut homo; horâ proximâ iratus ut leo; post horam gravis, ut vitulus; hæc terminatâ levis ut aquila. Escobar t. 1. mir. Chr. obs. 6.

Caput aureum. Dan. 2. 32. Sensim statua illa in ima magis defecit: sic nemo repente fit pessimus, sed gradatim in pessima descendit. Geminiani l. 8. similit. c. 34. Statua hæc erat Salomon: Caput aureum. 3. Reg. 3. 3. *dilexit Salomon Dominum, ambulans in præceptis David patris sui.* Pectus, & brachia, argentea. ib. c. 10. 26. *Congregavitque Salomon currus, & equites &c.* Nondum aded malus; sed non amplius, ut antea, aureus. Paulatim cœpit esse areus. ib. c. 11. 1. *Res autem Salomon adamavit mulieres &c.* Ex areo planè factus est ferreus: nam subditos, ob nimium aulæ luxum, tributis miserè vexavit. Hoc illi, post Salomonem jam sepultum, Ro-

boamo filio quæsti ib. 12. 4. *pater tuus durissimum jugum imposuit nobis &c.* Tandem in turpe lutum defuit: *cumque jam esset senex, depravatam est cor ejus &c.* ib. c. 11. 4. Drexelius in Daniele c. 5. §. 2.

O confusibiles operarios! qui initio conversionis suæ opus suum inchoant in auro, & tandem consummant in luto. Richardus à S. Vict. de erudit. hom. l. 1. c. 23.

Ex Novo.

Arundinem vento agitatam? Matth. 11. 7. Arundines sumus, nullâ validioris naturæ radice fundati. Et, si levis aspiraverit superioris aura successus; vagò motu proximos verberamus; inopes ad suffragandum, faciles ad nocendum. Arundines fluvios amant; & nos labentia mundi caduca delectant. S. Ambros. in Luc. 6. l. 5.

Alia ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum, aliud concessum, aliud sexagesimum, aliud trigésimum. Matth. 13. 8. Joannes Climac. f. 47. vide, quomodo illa terra, etiam bona, incipiens à centesimo deficit in trigésimo.

Lunaticus est. Matth. 17. 14. Mihi videtur, juxta tropologiam, lunaticus esse, qui per horarum momenta mutatur ad vitia; nec persistit in incepto, sed crescit, atque decrevit. S. Hier. c. 16. in Matth.

Et arundinem in dextera ejus. Matth. 27. 29. Arundo comprehenditur in manu ejus: ut humana fragilitas jam non sicut arundo moveatur à vento; sed operibus Christi comprobata firmetur. S. Ambros. l. 10. in Luc. apud Pinna in Eccl. Ethol. 168.

Natum arvis, quia non habebat humorem. Luc. 8. 6. Non satis est, alacriter cœpisse; sed, qui in finem perseveraverit, ille beatus erit. Didacus Niss. D. Sexag. §. 5.

Ut gustavis - aquam vinum factam. Joan. 2. 9. Sunt plerique hominum, nullâ aquâ meliores, frigidi, fluentes, temper mutabiles. Hujusmodi homines ad Dominum adducendi sunt, ut eorum voluntates in vini similitudinem transferat, nè amplius labantur; sed firmitatem nacti sibi ex proximo lætitiæ efficiantur auctores S. Chrysostr. hom. 21. in Joan.

Ex Patribus, & aliis.

Quid mutabilitas, nisi mors quædam est; quæ, dum rem quamlibet in aliam immutat quasi occidit, quod fuerat; ut incipiat esse, quod non erat. S. Gregor. moral. lib. 12; cap. 17.

Res omnis, quantum habet de mutatione, tantum habet de non esse. S. Cyrillus in Apol. l. 1. c. 26.

Vitæ modum, quem semel arripueris, perseveranter tene, constanter exequere; nè scenicâ, quod ablit, à temetipso vertigine videaris discrepare. Petrus Dam. opasc. 15. 27.

Sicut bilanx aurifabri tam est mobilis, ut levissimâ quavis festucâ deprimatur; ita nos propter exiguam occasionem à bona via desistimus, & descendimus in profundum vitæ prioris. Stella p. 3. c. 75.

Luna. Lem. *Non vultus, non color unius.* Picinelli.

§. II.

Inconstantia magna in homine.

Ante mortem nè laudes hominem quemquam. Eccli. 11. 30. Quia adhuc est in pugna. Hugo Card. hic.

Et accedens tentator. Matth. 4. 3. S. Leo f. 3. de Quadr. Viderat suam superbiam baptizati Domini JESU humilitate calcata; intellexerat quadraginta dierum jejuniò omnem cupiditatem carnis exclusam: & tamen non desperavit de artibus suæ malitiæ spiritualis improbitas: tantùmque sibi de naturæ nostræ mutabilitate promisit; ut, quem verum experiebatur hominem, præsumeret, posse fieri peccatorem.

Nonne duodecim sunt hora diei? Joan. 11. 9. Si quis literam, & non sensum, advertit; importuna videtur responsio. Nec aliter illis Christus apologizare debuit; nisi quia duodecim sunt hora diei, pro eo, quòd in eis facillè, atque tantundem hominem imitari contingit. Et in successione temporum sæpe fuit successus voluntatum, ad mutationem agenda nequitia, vel virtutis; nihil stabile in hominibus super terram. Simon Cass. l. 5. c. 15.

Ex Patribus, & aliis.

Qui statum mentis perdidit, subsequenter foras in inconstantia motionis fluit atque exteriore mobilitate indicat; quòd nullâ interius radice stabilitatis subsistat. S. Gregorius pastor. curæ p. 3. c. 24.

Plerumque humanis obrepit mentibus, ut, aliquâ levi peritriclii offensione, si non illis cedant pro studio voluntaria, officio desistant. Quod in alio genere hominum tolerabile; in iis verò, qui rei divinæ intendunt, plenum doloris. S. Ambros. ep. 17.

Adhuc in corde calent Sponsi vestigia, & jam intromittuntur adulterina desideria. S. Bernardus tr. de scala Claustralium. c. 9.

Multorum est incipere, paucorum admodum bene coepta perficere. Philo Carpath. in 1. Cant.

Vox illa prisca de Christianis hæc verissima est: manè plalterium, meridiè convivium, vespere convitium, & propudium. Drexelius Tristmeg. l. 1. c. 8.

Bonum propositum, quod in aurora prodit, in meridiè jam occubuit. Manè orat: *non movebor in aeternum* Ps. 29. 7. Sed ante meridiem adhuc dicere potest: *de profundis* Ps. 129. 1.

Juglaris Quadr. conc. 9.

§. III.

*Inconstantia exempla.**Ex Veteri.*

Tullit Thare Abram filium suum, & Loth filium Aran - & eduxit eos de Ur Chalda - Abraham Loth, & Saram, tulit Thare pater Abrahæ de Ur Chaldaeorum, ut irent in terram Chanaan. Gen. 11. 31. Verum Thare, cum venisset usque Haran, habitavit ibi. & usque in Chanaan Abrahamum profectus non fuit. S. Thom. Aqu. hic ait: mysticè factum id: ut significaretur id, quod multis accidit; qui per viam Religionis, aut poenitentia, de terra sua exeunt; sed ad terminum viae non perveniunt; imò in viam remanent, quasi in termino finali essent. Didacus Niff. Vit. Abr. l. 1. c. 6.

Respiciensq; uxor ejus &c. Genes. 19. 26. Uxor Loth, præcepta contemnens, retroque respiciens, statua salis effecta; suo exemplo fatuos condidit in proposito sancto, quò tendunt. S. Prosper de promiss. DEI p. 1. c. 16.

Pharao quàm celeriter mutatus. Ex. 12. 31. *Surgite, & egredimini.* Paulo post Ex. 14. 5. 8. *immutatum est cor Pharaonis.* 1. Reg. 4. 7. dicunt Philisthæi: *venit Deus in castris.* Paulo post v. 8. *quis nos salvabit de manu Dæorum sublimium istorum?*

Recesserunt citò de via, quam ostendisti eis. Ex. 32. 8.

Precaur, si invenimus gratiam coram te &c. Num. 32. 5. Filij Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse, quadragenarios labores in peragranda solitudine perpessi, in fine laborum defecerunt; ac terræ promissionis ultra Jordanem sitæ, ad quam ibant, renuntiantes, in terra Galaad, citra Jordanem posita, ut sibi persistere liceeret, postularunt: *precaur &c.* Mendoza in 1. Reg. 13.

Si dederis mihi medianam partem domus tue, non veniam tecum, nec comedam panem, neq; bibam aquam in loco isto. 3. Reg. 13. 8. Imò restitit & filio Prophetæ, cum primum ejus constantiam probaret. v. 16. Nihilominus repetitæ tentationi tandem succubuit: *comedit ergo panem in domo ejus, & bibis aquam* v. 29. Si hanc tertiam tentationem superasset, leonis unguibus oppressus non periisset. Idem ibi.

Elias occurrit regi, & à regina fugit. 3. Reg. 3. 19. 3.

Ozias fecit, quod erat rectum in oculis Domini. 2. Paral. 26. 4. Sed cum roboratus esses, elevatum est cor ejus in invidiam suam; & neglexit Dominum Deum suum. v. 16.

Equò animò estote fratres, & hos quinq; dies expectemus à Domino misericordiam. Judith. 7. 23. Licet Ozias beneficiis differendo traditionem civitatis, & inducendo expectationem divinæ misericordia; tamen præfigendo terminum quinq; dierum malè fecit; quod mox ipsa Judith acriter reprehendit: *quod est hoc verbum &c.* c. 8. 10. q. d. in expectatione divinæ misericordia; non tantum

tantum quinque dies; sed totum vitæ spatium impendendum. Mendoza in 1. Reg. 13.

Expectate paulisper. Job. 6. 19. Amici Job diuturnam sapientiam colentes, tandem veniâ corrupti sunt. S. Gregor. mor. lib. 7. c. 14. Sæpe, dum præsentis vitæ brevitatis, quasi diu perseveratura, diligitur, ab æterna spe animus frangitur; & delectatus præsentibus, desperationis suæ caligine reverberatur. Cumque longum putat, quod ad vivendi sibi spatium restat, repente vitam deserens, æterna mala invenit, quæ vitare jam nequeat.

Candidiores Nazaræi nive-dewigrata est super carbones. Thren. 4. 7. 8.

EX NOVO.

Beatus es Simon Bar-Jona. Matth. 16. 17. Sed beatus iste, cum Christum revocat à Cruce, audit v. 23. *vade post me sathana.* S. Bernardus l. 5. in Dedic. Eccl. unus ergo urumque, beatus scilicet, & Sathanas. Sic in moribus, sic in affectibus, sic in studiis hominum, non minor fortè, sed & major contrarietas invenitur. Inde homo, nunc quidem Bar-Jona, nunc Sathan, meretur audire. Petrus modò furit in cohortem; Paulò post coram ostiaria contremiscit. Velloso in Judith 4. Paræn. 17.

Charitatem tuam primam reliquisti. Apoc. 2. 4. Nullus gradum bonæ vitæ, quem jam conscendit, custodire sufficit, qui semper ad altiorem proficere non appetit. Semper igitur necesse est, ut nitatur ad profectum, qui semper vult vitare defectum. S. Anselmus l. 2. ep. 37.

§. IV.

Inconstantie malitia, & damna.

Recesserunt citò de via, quam ostendisti eis. Ex. 32. 8. *Videns populum, quòd moram faceret Moyses descendendi de monte;* viculum consilium sibi in DEUM cooptavit. Ex. 32. 1. *Et mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fenum.* Pl. 104. 20.

Saulte egisti - quod si non fecisses, jam nunc praparasset Dominus regnum tuum in

sempiternum. Ec. 1. Reg. 13. 13. Nulla infelicior inconstantior, quam eorum, qui diuturnam constantiam tenuerunt: quia prolixum constantiæ laborem tolerantes, tandem perpetuis inconstantiae pœnis cruciantur. Talis fuit inconstantia Saulis; qui, iustus à Samuele septem dies expectare; usque ad septimum quidem expectavit; sed in septimo defecit; & brevissimi temporis expectatione neglecta utrumque regnum, temporale, & æternum, amisit. Mendoza in 1. Reg. 13. annot. 14. sect. 1.

Si percussisses quinquies &c. 4. Reg. 13. 19. Rex Joas Elisæi iustu sagittam jecit. Et, cum plures jacere deberet, tres tantum jecit; tres sufficere putans. Et iratus ei vir DEL ait: *si percussisses quinquies - percussisses Syriam usq. ad consummationem. Nunc autem tribus vicibus percutes eam.* Sic, quia in bono deficiamus, & multum profectos nos putamus; ideo pravæ inclinationes non omnino evitamus: quòd si perseveremus, magnas victorias consequeremur. Diez. D. 2. Adv. Conc. 2.

In Scriptura finis, & victoria, sæpe recurunt. Patet ex psalmus 4. 5. 6. 8. &c. qui inscribuntur, *in finem;* seu ex Hebr. *ad victoriam.* Qui non attingit à fine ad finem fortiter, ad victoriam non pergit. Mendoza ibidem.

Va his, qui perdidit sustinentiam; & qui dereliquerunt vias rectas, & diverterunt in vias pravas. Eccl. 2. 16. Quid infelicius populo Israelitico, qui Moysen in monte commorantem expectavit ad diem trigessimum quintum, ut putat Abulensis; aut etiam, ut tenet Rabbi Salomon, usque ad trigessimum nonum, & dimidium quadagesimi: & tamen, quia alteram dimidiam partem non explevit, duplex, & culpa, & pœnæ, infortunium incurrit. Mendoza ib.

Dorsa habentes contra templum Domini, Ezech. 8. 16. En tibi malorum omnium pessimum: nempe terga DEO obvertere, & inceptam pietatis viam deserere. Pinna in Eccl. Ethol. 66.

TITULUS VII. INFANTIA.

§. I.

Omina, & præfagia, bona.

Sol in aspectu. Eccl. 43. 2. S. Columbanus Mater, ex eo gravis, in fornix vidit, è sinu suo rutilantem solem, nimidque fulgore nitentem procedere; & Mundo ingens lumen præbere. Quod viri sapientes interpretati sunt: Columbanum suâ doctrinâ, & sanctitate, illustraturum orbem. Cornelius hic.

Asella ante Nativitatem suam patri per somnium in vitæ phiala monstrata fuit. Ut re-

fert S. Hieronymus ep. 15. ad Marcellam de laudib. Asella.

S. Gregorius Nyss. de infante Moysè: naturâ quâdam instâ mamillam omnino fastidians (Ægyptiæ) consiliò propinquarum à propria nutritur parente.

Sol. Lem. Diem præsignat ab ortu. Picinelli.

S. Austreberta V. parvula adhuc; cum vultum suum more infantium in aquis contemplantur; repente apparuit ei velamen quoddam capiti

capiti ejus impositum. Ex illo die veli sacri ardebat desiderio. Bolland. 10. Febr.

S. Vincentij Ferrerij mater illò gravida, ex utero suo saepe sibi audire videbatur tanquam canis latrans sonos. Consulti de ea re ab illa viri docti responderunt: quòd paritura esset infantem, qui esset futurus Evangelij ferventissimus prædicator. Bolland. 5. Febr.

Quidam vir sanctus ante nativitatem de S. Fechini Abb. Hiberni, triginta annis antè vidit magnam, & candidam, avem; & alias plurimas eam sequentes super civitatem, in qua postea natus: præfigurans S. Fechinum ejusq; innocentiam; ista verò multitudinem Monachorum voluntati Patris per omnia obedientem. Bolland. 20. Jan.

S. Sophia, sive Cadocus, Ep. Beneventanus, & M. S. Gundlei Regis Walliæ australis filius, tempore quò natus est, cellaria lacte & melle plena inventa sunt. Bolland. 24. Jan.

In Conceptione S. Aidani Ep. in Hibernia vidit Pater in somno stellam cadentem desuper in os uxoris; & ipsa uxor lunam cadentem in os suum: idè à multis filius stellæ appellatus. Boll. 31. Jan.

S. Ephrem parentes, eò adhuc puerò, viderunt ex ore ejus vitem ascendere frugiferam, quæ excresebat, & replebat omnem sub cælo regionem; veniebantq; cuncta volatilia cæli, & comedeant de fructu vitis. Id. 1. Febr.

S. Fulcranni Ep. in Gallia mater Biligardis gravida illò vidit in somnis, quòd arborem frondosam pomis refertam locò filij peperisset: sub cujus umbra multos homines quietere, ac refici; multumq; gaudere, cernebat. Referenti id sancto viro cuidam, explicat is, talem filium parituram, qui magnum in Ecclesia locum teneret. Id. 15. Febr.

S. Alexander Ep. Alexandrinus videt S. Athanasium puerili lusu Episcopum pueros baptizantem. Id. 26. Febr.

S. Catharina Bonon. nullum nata vagitum, sicut infantes solent, edidit; neq; per totum triduum, vel lactis aliquid, vel ullius nutrimenti, gustavit, in austeritatis futuræ indicium. Id. 7. Martij.

S. Codratus M. Medicus matrem adhuc infans amittit, & maternis uberibus caruit; sed divinitus nubes eum complexa alimentum suppeditavit. Vestis, quæ parvulum parentes induerant, cum eo crevit semper integra. Id. 10. Martij.

V. Anachoreta Nicolaus de Rupe in Helvetia, vidit, ut ipse testatus est, in utero materno suis luminibus pulcherrimè distinctum cælum; vidit inter cætera unum augustius, cujus radij per totum orbem diffundebantur. Vidit in eodem utero rupem augustam, cujus apex ad cælum usque se erigebat. Vidit denique ibidem sacrum oleum, quò extremum unguimur. Lux puritatem, rupes fortitudinem, oleum, quod extremæ luctæ reservatur, boni principij, propositiq; perpetuitatem. Id. 22. Martij.

S. Isidorus Ep. Hispal. cum esset infans, & à nutrice ad hortum duceretur, anus capta oblivione eum inter olera dimittere fecisset. Post aliquot dies lugens pater solarium ascendit, viditque innumeras apes super puerum descendere, atque inde ad cælos evolare. Qui stupens domesticos advocat; videt, alias in os pueri intrantes, & exeuntes; alias super faciem mellificantes. Pater cum lacrymis filium amplectente, apes in altum evolârunt, ut cerni non possent. Id. 4. April.

Mater S. Hugonis Abb. Clun. cum è partu laboraret, Religiosus quidam, probusque Sacerdos, sacrificavit pro ea. Dein celebranti velut pueri pulcherrimi species apparuit in calice. Relata matri visio, Sacerdotis autoritate fidem promeruit: idè dignum esse, ut ministerio dicatur calicis, qui promissus in calice videbatur. Id. 29. April.

Pregnantæ matri Roberti Fundatoris Ordinis Cisterciensis, B. V. in fomnis apparuit, aureum anulum habens in manu sua, dixitq; ei: volo, filium, quem gestas in utero, ex isto mihi annulo desponsari. Factum id secundò. Id. 29. April.

§. II.

Infantes ab Herode occisi.

Quid igitur opus est, ut explorem ortus signorum, atque obitus; quorum ad exortum duris inarata vomeribus findantur novalia, vel ad occasum laxa messis recumbat? Una mihi stella abundat pro omnibus; stella splendida, & matutina; cujus ad exortum seminata est, non frugum, sed Martyrum, seges: quando Rachel ploravit filios suos, ut lacrymis ablutos suis pro Christo offerret infantulos. S. Ambros. ep. 39.

Quam beata ætas! quæ necdum Christum potest loqui, & jam pro Christo meretur occidi. Nondum opportuna vulnere, & jam idonea passioni. Nondum infantæ ingressi cunas, & jam perveniunt ad coronas. S. August. s. 2 de Innoc.

Transmittit infantes infans Christus ad cælum, nova xenia Patri; primitias fructuum exhibet Genitori. Ostendit futuram fecundissimam messem; dum in femine tantam exhibet ubertatem. S. Chrysol. hom. 3. in Matth.

Natus Rex, & cælestis Rex, quare neglecti milites innocentæ suæ, coætaneum sibi quare contempsit exercitum? quare in cunabulis suis deputatas excubias sic reliquit, ut, Regem solum quaesiturus hostis, totum grassaretur in militem? &c. Præmisit Christus suos milites; recepit suas acies, non reliquit. S. Chrysol. serm. 152.

Si infanti, tam tenelli, tam innoxij, pro Christo tanta mala sunt passi; quid senes inveterati, peccatis omnibus pleni, facere debent amore Christi? S. Bonav. s. 21. de Innoc.

Solent in processibus publicis pueri præcedere ramis, & floribus redimiti. Orosius in die SS. Innoc.

TITULUS VIII. INFERNUS.

§. I.

Figura, & Similitudines.

Dominus pluit super Sodomam, & Gomorrhazam, sulphur, & ignem. Gen. 19. 24. Cur igne, non aqua, ut ante, punit? Salvia. l. 1. de gubern. DEI: dum cum iudicio malos perdidit Dominus, jam ad instar futuri iudicii iudicavit. Cum enim ad supplicium malorum gehennam in futurum arsuram manifestum sit, Sodomam, & vicinas ejus urbes coelesti flamma consumpsit. In presenti autem, illud, quod futurum est, DEUS voluit declarare iudicium, quando super impium populum gehennam misit & coelo.

Ægyptij per omnes ferè creaturas puniti sunt, scilicet per terram, aquam, aërem, ignem; per mixta, grandinem, & sanguinem; per animalia, ranas, muscas, sciniphes, locustas; per solem, & astra. cum se subducendo tenebras induxerunt; per homines, Moysen, & Aaron; per Angelos, & DEUM. II. In omnibus penè bonis puniti sunt; scilicet in fructibus agri, in animalibus, in primogenitis; in auro, & argento; in corporibus per ulcera. III. In omnibus sensibus puniti sunt: in visu per tenebras, & spectra; in auditu per tonitrua; in gustu per litim, & potum, sanguinis, in odoratu per foetorem ranarum, in tactu per dolorem ulcerum, & morsum sciniphum; denique in phantasia, & mente, per continuum moerorem, & multiplices terrores. Hæ plagæ fuerunt typus, & prælium, pœnarum gehennæ. Cornelius in c. 7. Ex. v. 1.

Maledictus eris in civitate &c. Deut. 28. 16. Mala hæc, typus pœnarum gehennæ. Cornelius hic.

Terram miseria, & senebrarum. Job. 10. 22. vocatur Infernus. Apud mortales sunt quidem miseria, & tenebræ; sed tanquam in aliena regione, & adverso fidere, natæ: sed apud inferos tanquam debita sibi temperie perfruuntur. de Pinna in Eccl. Eth. 8.

Non est sanitas in carne mea à facie iræ sue. Pl. 37. 4. Id est: dum perpendo immensum illud malorum barathrum, in quod damnati deestuduntur; mente angor, & discrucior. Sed unde illa feralis pœnarum imago memoriæ tuæ obrepit? *Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum;* id est, ex malitia peccatorum, quæ commisi, in mentem venit pœnarum illarum immánitas: sceditas enim peccatorum, & oculus, quò conscientiam cruciant, apprimè referunt inferarum pœnarum imaginem. Id. Eth. 86.

Gladus devorabit vos. Il. 1. 20. Gladus est ignis gehennæ, cujus esca sunt, qui perpetrant mala. Hinc ait, *gladius devorabit vos:* alioqui dixisset, gladius secabit vos: devorare enim est ignis, non gladij. S. Justinus orat. ad Anton. Pium.

Polyanth. Sacr. Tom. 1.

Pone ollam. Ezech. 24. 3. Olla hæc ad vivum repræsentat tartarum, & ollam Vulcaniam inferni. Est enim tartarus olla rubiginosa; carnibus, id est, carnalibus hominibus plena, perpetuis flammis impolita. Cornelius hic.

Cum fecisset quasi flagellum de funiculis. Joan. 2. 15. Cur funiculos in flagella assumpsit? quia hi repræsentabant laqueos illos æternos, quibus peccator mittitur in tenebras exteriores. S. August. tr. 10. in Joan. Fecit flagellum de resticulis; & ad hoc admonet eos, ut mutent se; & nē sint negotiatores: nam si se non mutaverint, audient in fine: ligate illis manus & pedes, & projicite in tenebras exteriores. Bæza t. 2. l. 9. c. 2. §. 18.

Qui vixerit, non ledetur à morte secunda. Apoc. 2. 11. Mors prima, separatio est animæ à DEO per peccatum mortale: mors verò secunda, est recessus DEI ab anima per æternum supplicium. S. Bernardinus. l. 11. tom. 2.

Ecce mittam eum in lectum. Apoc. 2. 22. id est, in infernum, ait Rupertus, Beda, Rich. à S. Vict.

Ipla vitæ præsentis perspicua inordinatio futura animadversionis in malos, apertum, & evidens, argumentum est. S. Thom. Vill. D. 1. Adv. Conc. 1.

Sicut civitatum portæ proprium quæque nomen habent; eodem modo portæ inferorum nominari possunt, juxta species peccatorum. Origenes tr. 1. in Matth.

Multæ ex his insule procul emittunt ignem: flammæ autem evomunt tantò fragore, quantò nulla tormenta ænea, quamvis magna, edere solent. Hujus ignis vi, ac impetu, ingentia sæpe faxa jactantur. Voluit DEUS videlicet iis, quos nemo de pœnis inferorum admonebat, quasi inferorum sedem aperire, speciemque præbere quandam illius incendij, quò sunt scelesti homines perpetuò cruciandi. S. Xaverius l. 2. ep. 3. Societati Romam ex Amboino.

§. II.

Inferni pœnæ in genere, quàm horrendæ.

Ex Veteri, & Novo, Patribus, & aliis.

Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum; & terrores Domini militant contra me. Job. 6. 4. Duplicium malorum meminit. I. Quæ jam patiebatur: quia *sagittæ &c.* q. d. multis malis impetivit me Dominus, & velut sagittis me vulneravit; scilicet amissione bonorum omnium, orbitate filiorum, morbis corporis. Aliorum verò malorum, *terrores Domini;* id est, alia mala sunt, quæ nondum expertus sum:

Yyy y

lum:

sum: illa timeo, quæ multò his graviora sunt. Pinna Ethol. 187.

Miseremini mei, - quia manus Domini tetigit me. Job. 19. 21. O quam graves manus habet DEUS! adeò ut Job omnes afflictiones suas divinæ manûs tactum appellet. Si divitiarum amissionem, filiorum mortem, uxoris persecutionem, corporis plagas, divinæ manûs tactum solum appellat; quid fuisset, si verberasset? Diez D. 1. Adv. Conc. 3.

Nunc non inferi furorem suum, nec ulciscitur scelus valde. Job. 35. 15. Non dicit, DEUM in hac vita non inferre poenam; sed non inferre furorem, seu acerbissimam poenam; neque dicit absolute, non ulcisci; sed non ulcisci valde: ut severior ultio in futuram vitam reservetur. Apoc. 15. 1. in illis consummata est ira DEI. Mendoza in 1. Reg. 5. v. 6.

Fax ejus non est exinanita. Pl. 74. 9. Mala, quæ DEUS immittit tam hic, quam in futuro, potionis nomine indicantur. Sicut in potu, quod crassum est, & foculentum, in fundo crateris residet; tenue, & sublime, in sublime fertur: sic mala in hoc Sæculo sunt quid subtile; fœx ebibenda in futuro. Idem Ethol. 189.

Tacui semper, silui, patiens fui. Il. 42. 14. Quid hoc supreme Judex? semper tacuisti, cujus tam frequentes minæ per Prophetas? semper patiens? unde diluvium, ignes Sodomæ, Aegypti plagæ? &c. quia omnes hæ minæ, & poenæ, si cum æterna damnatorum poena conferantur, non verba, sed silentia; non tormenta, sed blandimenta, reputanda. Ideo ait, *silui, patiens fui*; quamdiu in eos non fulminavit damnationis sententiam. Sylveira in Apoc. 4. v. 5.

Intellecto somniò Nabuchodonosor, Dan. 4. 16. quòd ex hominibus ejiciendus esset, adeò cohorrui, ut per horam attonitus, & elinguis effectus nè unum quidem verbum reddere potuerit. Quantò autem gravius est, inter demones, quam inter feras, vitam agere? quantò atrocius flammis ultricibus cruciari, quam rore cœli tingi? quantò acerbis in omni æternitate, quam septem annorum spatio, torqueri? Diez. D. 19. Pent.

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum &c. Matth. 7. 19. Sicut in verbo exciderit poena damni, significatur exterminatio à DEO, & ab ejus gloria, & facie; ita sequenti verbò *& in ignem mittetur*, poena sensus exprimitur. Videat ergo quisque, quem fructum tulerit hætenus, quem in præsentia ferat; ut agnoscat, an inter arbores electas, an inter reprobas, & excisioni obnoxias, numerandus. Examine usque ad radicem, usque ad cor; examine corticem, exteriorem conversationem, fructus bonorum, & malorum, operum &c. Marchantius D. 6. Pent.

Quid tam panale, quam semper velle, quod nunquam erit; & semper nolle, quod nunquam non erit? in æternum non obtinebit, quod vult;

& quod non vult, in æternum nihilominus sustinebit. S. Bernardus lib. 5. Confid. ad Eugenium. c. 12.

O verè necessariam gehennæ poenam, verè decoram Infernæ pyram, quæ Creatoris sui injurias vindicat; & inordinata per culpam reordinat per poenam. O verè pulchram creaturam, Mundoque utilissimam post reatum: quæ si post culpam desset; defectuosus, & imperfectus mundus maneret. S. Thom. Vill. Conc. 1. D. 1. Adv.

§. III.

Infernæ poenæ in particulari.

Prima

Pœna damni.

Obscuro, ut videam faciem Regis; quòd si memor est iniquitatis meæ, misericordias me. 2. Reg. 14. 32. Tam dolebat patris privatus aspectu, ut mori mallet! o peccator! quid erit audire: *ascendite a me &c.* Matth. 25. 41.

Ibi erit fletus. Matth. 22. 13. Solis tenebris tradit hominem; & ex his solis provenit fletus, & stridor dentium. Cur non etiam referuntur alia supplicia? ignis, sulphur, &c. Tam durum tormentum tenebræ, & carentia visionis beatificæ; ut alia omnia tormenta, tanquam parva, & nulla, reputentur: & hoc sufficit ad æternum fletum extorquendum. Sylveira in Apoc. 1. v. 7.

Nescio vos. Matth. 25. 12. Fatuæ oleo carentes non traduntur vinculis; sicut ille Matth. 22. 13. *ligatus manibus, & pedibus &c.* an quia fœminas sexus imbecillitas defendit? Imò non minora, quam ligatus, passa de repulsa, tormenta. Rugaverunt enim virgines prudentes: *dare nobis de oleo vestro &c.* v. 8. O quam durum fuit illud: *ite ad vendentes.* v. 9. Patiatur ergo è convivio ejectionis catenam, si non est passus petitionis repulsam; & quæ eam passa, non sustineat poenam: est enim ingenuis petere grave tormentum. Nè audiret ille exclusus *nescio vos*, os sigillavit silentiò, fatius ducens vincula pati, quam ignominiosè repelli. Virgines loco vinculorum patiuntur repulsam; & illò verbò *nescio vos* ingentem contumeliam. Sanct. Chrysothomus hom. 79. Abite, nescio vos, gehennæ istud verbum gravius est. Naxera in Jos. 15. §. 25.

Osculatus est eum. Luc. 15. 20. Cur pater non interrogat de substantia perditâ? nec infligit flagella, sed oscula? S. Chrysoth. hom. 10. de poenit. si poenas eum dare oportuit, satis poenarum, quòd in aliena versatus est, dedit. Nunquam poenam luit fame carentia conspectus Jesu. Sylveira hic.

In propria venit, & sui eum non receperunt: quosquos autem receperunt. &c. Joan. 1. 11. Non meminit poenæ non recipientium, sicut præmij recipientium: quia nulla

nulla gravior poena; quam quod ad domesticos DEI non pertinent, & ab eo longissime distent. Sylveira addit. in Matth. 20.

Non rogo, ut tollas eos de Mundo, sed ut serves eos à malo. Joan. 17. 15. Cajet. hic: non dicit, ut serves eos à tribulationibus, ab odiis, à persecutionibus; sed à malo; hoc est: ut serves eos, nè aliquid proveniat eis in malum, quod est aeterna separationis à DEO. Didacus Niss. Vita Abr. l. 2. c. 9.

Novi, quia plurimi pertimescunt gehennam: ego tamen illius gloriae amissionem multò amariùs, quam ipsius gehennae, dico, esse supplicium. Et infra: intolerabilis quidem res est gehenna; quis nesciat? & supplicium illud horribile: tamen, si mille aliquis ponat gehennas; nihil tale dicturus est, quale est, à beatæ illius gloriae honore repelli, exofumque esse Christo; & audire ab illo, non novi vos; atque argui, quòd esurienti, & sitienti, negaverimus cibum & potum. Est enim fatius mille fulmina sustinere, quam vultum illum mansuetudinis, pietatisque plenum, nos tamen averfantem, videre: & illos totius tranquillitatis oculos nequaquam nos aspiciere sustinentes. Plura hic S. Chrysof. hom. 24. c. 7. in Matth. 7.

Carentia visionis divinae, & separatio à DEO, major est poena etiam existentibus in inferno, quam ignis supplicium. S. Thom. Aqu. Opusc. 2. c. 3.

Secunda.

Pœna sensûs.

Tenebra. Si Ægyptij tenebra. Ex. 10. 22. horribiles fuerunt; longè Inferni erunt horribiliores. Illæ, nec absente, nec deficiente, sole contigerunt: in Inferno nullus erit, nec redibit sol; sed non sempiterna. In Ægyptiis nemo vidit fratrem suum. ib. v. 23. In Inferno nox perpetua omne lætum oculis excludet; quidquid triste, horrendum, est, solum videbitur. In Ægyptiis tenebris nulla lux poterat solatio esse, nullum accensum lumen durare: in Inferno nulla erit divina inspiratio; nullum à fide divinâ, nullum ab angelo, nullum ab homine, lumen. Illæ ultra triduum non duraverunt: in Inferno aeterna. Respuunt hic homines sæpe, pulchram alioqui domum, eò solum nomine, quòd parum luminis habet: discant hinc fugere terram miseriam, & tenebrarum. Inb. 10. 22. Stengelius t. 2. Judic. divin. cap. 5.

Ignis.

Vindicta carnis impij ignis. Eccli. 7. 19. Si quaras: cur DEUS damnatos cruciet igne potius, quam aliò supplicio? Respons. I. Quia poena ignis optime congruit igni concupiscentiæ, quò arserunt, & cui indulerunt in hac vita peccatores. II. Quia ignis acerrimus est; & maximam habet agendi, & affligendi, vim in corpore, & per corpora in animas ea informantes. Rursus magna est analogia, & vicinitas, animæ cum igne: inter elementa enim, & corpora, maximè spiritualis est ignis; unde

Polyanth. Sacr. Tom. I.

ad animam proximè accedit. III. Appositè superbia spirituum, & hominum, punitur igne: ignis enim naturâ suâ postulat esse in fumo orbis loco. IV. Ignis gehennae cum sit incorruptibilis, aptum est instrumentum punitionis damnatorum, utpote quæ aeterna est. V. Ignis optime exprimit ardorem divini furoris in damnatis. Cornelius hic.

In ignem mittent, & ardet. Joan. 15. 6. Toletus hic: unicò verbò ardet, duo exprimuntur. Unum est vehementia ignis hujus. Ut enim palmes, postquam aruit, igni missus, citissimè ardet; ut non tam verè dixeris ardebit, quam ardet. Ità mali immissi ardent: tanta enim est vehementia ignis illius; ut sinè morâ ardeat. Nam solet ignis lentus calefacere ligna priùs, quam inflammare, ut ardeant; sicut sicca ardere statim solent. Hæc vehementia significatur verbò præsentis. Alterum est duratio: ardet sinè fine; non ad tempus, sed in æternum. Sylveira addit in Joan.

Vermes.

Vindicta carnis impij vermis. Eccli. 7. 19. Bene vermis apponitur: vermes enim, ut Plinius l. 11. c. 32. in ligno nascuntur, ubicumq; humor est nimius; & lignum corrodunt. Octavianus hic.

Ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Marci 9. 47. S. Anselmus lib. Similit. c. 52. docet: Beatum, si velit, posse terram locò suo movere; damnatum autem nec vermes ab oculis.

Aliæ pœna.

Mitte Lazarum &c. Luc. 16. 24. Abeo petebat aquæ guttam, cui dare volebat panis micam. Et postulat modicum aquæ ad extinctionem ardoris linguæ; cui non sufficisset accipere totum mare. S. Bonavent. serm. 81. de tempore.

Habeo quinq; fratres &c. Luc. 16. 28. Nolebat dives damnatus, ut fratres ejus ad infernum venirent; nè de eorum Societate magis cruciaretur. Hugo Card. in Psal. 48.

Mitte Lazarum &c. ib. Nè unius quidem guttæ erat Dominus, quam summis precibus ambiebat. Nec est omnino inter nos quisquam, qui tantâ egestate teneatur: quantumlibet enim aliqui nimîa tabescant fame; aquæ tamen non guttâ, sed & copiâ, æqualiter perfervuntur. Sancti. Chrysof. hom. 9. in Matth.

Pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure. Apoc. 21. 8. In stagno aut, quod immobiles, & fossitas alit aquas: non decrefcit, non emittitur, non siccatur: post mille annos hoc stagnum sibi simillimum erit. *De cadaveribus eorum ascendet fœtor.* II. 34. 3. Sancti. Bonaventura audeat dicere: Si vel unius damnati cadaver in orbe hoc nostro sit; orbem totum ab eo inficiendum. Vide 2. Machab. 9. vers. 10. 11. 12. Drexelius de Inferno cap. 5. §. 1.

Yyy y 2

Nulla

Nulla in Inferno vox, nisi vae! vae! vae!

Stridor dentium prodit indignantis affectum: eò quòd serò unumquemque poeniteat, serò ingemiscat; serò irascatur sibi, quòd tam pervicaci improbitate deliquerit. Sanct. Ambros. apud Escobar t. 5. Proph. Chr. Obs. 4. sect. 2.

Superbi conculcantur à diabolis: & quantò voluerunt esse super alios, tantò in Inferno sunt sub pedibus dæmonum. Avari potantur de caldariis plenis aurò, & argentò, liquefactò. Luxuriosi ponuntur in veru, nec possunt mori. Gulosi esuriunt, & sitiunt. Iracundi suspenduntur in furca ferrea, supposito igne. Accidiosi semper verberantur à dæmonibus sinè quiete. S. Vincent. Ferr. D. 17. Trinit. f. 2.

Tertia.

Pœnæ animi.

Adhuc carnes erant in dentibus eorum. Num. 11. 33.

Samson à sinu dilectæ ad molam subitò translatus est. Judic. 16. 21.

1. Præteritarum deliciarum memoria. *Filiis suis, & filiabus vescentibus.* Job. 1. 18. hòc nuntio dæmon cupiebat Jobum valdè affligere. Origenes lib. 1. in Job. erat nequissimi diaboli versutia, ut horam prandij observaret; ut, prandente illò, tristes, ac mortiferos, nuntios ad eum mitteret; quò magis fatigaret, ac interficeret: ut tempore comestionis, & potus, atque jucunditatis, tristes nuntios mittendo deficere illum iustum faceret.

2. *Fletus, & stridor.* *Ibi erit fletus, & stridor dentium.* Matth. 8. 12. Fletus erit, quòd non fleverint: stridor, id est, indignatio contra seipios; quia apud vivos sibi, & peccatis suis, non fuerint irati. Pinna Eth. 235. Fletus torquet pro amissis; stridor dentium cruciat pro commissis. Pro bonis æternis perditis fletus æternus erit; pro inflicis æternè in evitabiliter poenis dentium erit stridor continuus. Flebit ibi, qui non flevit hic; stridebit ibi, qui hic ad DEUM corde validò non clamavit. Flebit ibi oculus, qui hic secutus est concupiscentiam oculorum; stridebit dentibus, qui sibi prohibita, velut mandens dentibus, incorporavit. Simon Cass. lib. 6. cap. 21. Stridor dentium prodit indignantis affectum: eò quòd serò unumquemque poeniteat, serò ingemiscat, serò irascatur sibi, quòd tam pervicaci improbitate deliquerit. S. Ambros. hic. Ecce unde ostendat summum dolorem damnatorum, scilicet ex stridore dentium, hoc est, ex furiosa ira. Bæza t. 2. lib. 12. cap. 3. Quid enim stridor, nisi iræ, furores, nequitie, & malignitatis indicium: siquidem, ut ego arbitror, nullum erit tormentorum gravius malis, quàm malitia cordis, & iniquitas ipsa perversissimæ voluntatis. Nimirum, sicut passiones omnes patientia sublevat; sic impatientia, quamlibet leves, aggravat. Ibi ergo erit fletus, & stridor dentium, ex rancore. Gallfridus in allegor. Tilman.

Sicut in diebus Noe. Matth. 24. 37. Durissimum peccatorum malum est, quòd de bibentibus, & nubentibus, hominibus, repletibus adveniet dies vindictæ: ut eorum dolor inde crescat; quòd à vitæ floribus mox transferantur ad sulphureos ignes. Bæza t. 3. l. 13. cap. 2.

Fili, recordare. Luc. 16. 25. Auger afflictionem. Hoc est, quòd maxime cruciat damnatos, scilicet præteritarum deliciarum recordatio, quas mallent non habuisse. Unde Boetius: infelicissimum genus infortunij est, fuisse felicem. Pinna Eth. 235.

Varij cruciatus animi.

Ex Veteri, & Novo.

Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestrae non confundentur. Pl. 33. 6. S. Basilius hic: qui malè fecerunt, in probrum, & confusionem, resurgent; in seipis turpitudinem, & formas eorum, qui peccaverunt, conspicientes impressas. Erit cerè confusionis hujusmodi impressio iltis tantò plus horrore, quàm ipsæ tenebræ, aut ignis æternus: quòd in ea perpetuò victuri sint peccatores semper ob oculos versantes vestigia illa peccati in carne admissi.

Illos autem Dominus iridebit. Sap. 4. 18. *Dominus susannabit eos.* Plal. 2. 4. *Quin & ego plaudam manu ad manum, & implebo indignationem meam.* Ezech. 21. 17. *Sicut ante lazarus est Dominus super vos, bene vobis faciens, vosq; multiplicans; sic latabitur, disperdens vos, atq; subversens.* Deut. 28. 63.

Ergo erravimus! Sap. 5. 6. Non potest ullum hominis os, metum illum, terroremque, declarare. Nulla hominis labia satis magnum vim habent, ad dicendum illorum statum, atque plerumque. Gemunt continenter, & sinè intermissione; sed nullus est, qui miseretur. Vociferantur ex profundo; sed nullus est, qui exaudiat. Lamentantur; sed nullus est, qui liberet. Exclamant, & plangunt; sed nullus est, qui commoveatur. S. Cyrillus or. de exitu animi, & secundo adventu.

Ubi vermis eorum non moritur. Marci 9. 43. Vermem dicit seram scelerum poenitentiam; quæ nunquam in tormentis conscientiam afflictorum mordere cessabit. V. Beda hic. *Epulabatur quotidie splendide.* Luc. 16. 19. Ipsæ cenæ, venationes, musica, comedie, in tædio sunt, si nimium producantur. Quid in gehenna æternum, sinè spe, sinè solatio, semper ardere? O præteritum, quòd non redis! præfens, quòd adeò me crucias! futurum, quòd nunquam deficiis! Qui tanta agimus, patimur, ut brevè febriculâ liberemur; nè hilum impendemus, ut miserias æternas evadamus? Juglaris Quadr. conc. 14.

Miserere mei! Luc. 16. 24. Cùm damnati in vitis sint obstinati, nec unquam poeniteant, quomodo sibi petunt, cupiunt, misereri? Dicendum: quòd de peccatis suis non poeniteant, in quantum

quantum sunt Dei offensiva, turpia, & injusta; sed ut sunt eis causa tanti supplicij. Sed & dives iste petijt sibi misereri, quantum ad poenā mitigationem; non quoad culpā ablationem. Dionys. Carthus. hic. Est grave illis malum, est illis incendium non ferendum; quos aliquando habuere contemptui, videre felices. S. Chrysol. f. 122. Vident damnati beatos juxta Theologos; sed ex hoc eorum poenā augmentatur: sicut famelicus videns mensam, quam non potest accedere. Sanct. Vincent. Ferr. f. 5. post Reminiscere.

Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam. Luc. 16. 24. *Ut intingat in aquam,* & non deferat aquam, quam petis? ergo juxta te est aqua. Et si juxta te est aqua, quare de proximo non sumis? quare? quia vincit manus tua. S. Chrysol. f. 122.

Arescensibus hominibus pra timore. Luc. 21. 26. Non putes parvam esse poenam impiorum, timorem hunc. Imò, licet ignis deesselet; vel hic solus timor impios vehementissime vexaret. Baeza t. 3. l. 13. c. 1. §. 10.

In gehenna penitus nulla consolatio; sed perpetuum vae, ululatus, fletus, & stridor dentium. S. Bernardus f. 12. de divers.

O quid valebit plorare? ubi nullus Sacerdos potest absolvere; & tamen tantum plorabunt, ut non sint in mari tot guttae aquae, quot ab oculis uniuscujusque sunt exiturae. S. Bonavent. f. 87.

Coram Deo ad suas quisque labes sic erubescet; ut, quamvis panderetur caeli ostium, & illatus ad ingressum invitaretur; suas tamen ipse maculas perhorrescens recusaret ingredi, dum omnes expiasset. Drexelius de Inferno cap. 7.

Quarta

Desperatio sine spe veniae, solatii &c.

Ex Veteri.

Impij in tenebris comicescent. 1. Reg. 2. 9. Quia non habebunt quidquam excusationis, quod culpae suae, & gehennae obtendant: quia convincentur, & convicti silebunt. Hinc gehenna vocatur Hebr. *duma*, id est, *silentium*, & locus silentij. Corn. hic.

Et ululavit omnis civitas. 1. Reg. 4. 13. hoc est, inconditis clamoribus, & miserae comploratione, est lamentata: non solum, quod suas quisque res amitteret, filios, conjuges, parentes, cognatos; sed etiam, quod nihil humani, nihil divini, auxilij, ad quod confugerent, superesset. Applica lamentis damnatorum, quibus nulla spes. Mendoza hic.

Non revertetur oculus meus, ut videat bona. Job. 7. 7. S. Greg. mor. l. 8. c. 12. Ad videndum bona extincti oculus non revertitur; quia ad exhibenda recta opera carne exuta anima non recurrit. Hinc est, quod dives quia semetipsum reparare operando non posse agnoverat, nequaquam jam sibi, sed relictus fratribus, prodesse latagebat. Ut poenam suam impij ma-

gis sentiant, spem de venia amittunt. Pinna Eth. 235.

Lignum habet spem, si praecisum fuerit; rursum vivescit, & rami ejus pullulant. Job. 14. 7. Nota: si praecisum. Sed si radicatus extirpetur; quae spes revirescendi? Octavianus c. 11. Idem c. 19. 10. *destruxit mundum; & pereit: & quasi eruisa arbori abstulit spem meam.*

Deus destruet te in finem. Pl. 51. 7. S. Hieron. in aeternum; *evellat te, & radicem tuam, de terra viventium.*

Mortuo homine impiò nulla erit ultra spes. Prov. 11. 7. Audi anima mea! quantum bonum sit spes; Et tantum Domino pro illa debeas. Percurri f. 15, & conditiones, omnium hominum, qui miseri nominantur. Et quanquam videbantur tunc omnis boni exortes; nullum tamen inveni, qui spe careret. Descendi cogitatione ad inferos, & diligenter inquisivi, an & ibi spes esset? sed nihil ibi scitur de illa. Desertum est ibi Arabicò aridius, in quo nec filamentum crescit herbae istius. Nox est peior Egyptiacà, in qua nec minima stellae scintilla respundet. Ut, qui damnantur, ad tritemes, mox omni cultu civili spoliantur, & operiuntur vilissimò gausape; sic isti miseri subito exuuntur omni spe, & induuntur desperatione. Joan. Rho affect. spei 8.

Super Leviathan serpentem vectem. Is. 27. 1. Dicitur vectis, & robur; & quia multos sua potestate, & carcere gehennali, claudet. Unde Symmachus vertit: *serpentem concludentem.* Corn. hic.

Idcirco ego plorans, quia longè factus est à me consolator. Thren. 1. 16. Non abductum se de terra Propheta esse dolebat; sed à Christo populum relinquendum; consolationemque vitae futurae cernebat amissam. Et haec est, inquit, dolenda captivitas, quae aeternam libertate privatur. S. Paschasius hic.

Defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum. Thren. 4. 17. Dedit me Dominus in manu, de qua non potero resurgere. Thren. 4. 17. Propterea, quod extrema ultio omnibus impijs, & peccatoribus, in fine calamitatis sit futura; nec aliquando cruciatibus sit cessandum: eò quod exterioribus tenebris impiorum vermis non morietur, & ignis non extinguetur. S. Paschasius hic.

Non parces oculus meus super te, nec miserebor. Ezech. 7. 9.

Succidite arborem, & praecidite ramos ejus, - verunt men germen radicem ejus in terra sinit. Dan. 4. 11. 12. Florem, & folia, decuit; radicem servat. Deliciae hic auferuntur, poenae infliguntur; spes tamen non adimitur. En radix servatur, spes manet, apud inferos radicatus evulsa. *Non derelinquet eis radicem, & germen, ait Malachias c. 4. 1. Spes impiorum peribit.* Prov. 10. 28. Drexelius Confid. 9. de aeternit. 1. concl.

Non derelinquet eis radicem, & germen. Malach. 4. 1. Significat plenam excisionem, & perditionem; q. d. dies illa Judicij ita igne suo afflabit impios; eorumque opes, de-

Yyy y 3 licias,

licias, honores; ut non tantum hæc omnia, sed omnis boni spem in æternum eis adimat. Ità S. Cyrill. & Albertus M. Lyræ. per radicem intelligit spem redeundi ad statum gratiæ, & meritum. Corn. hic.

Ex Novo, & Patribus.

Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Matth. 21. 19. *Es arefacta est continuò ficulnea.* Tales omnes sunt damnati, ficus maledictæ, steriles, eradicatæ, in flammis abjectæ. Nullus ex illis nascetur fructus; nulla, ibi patientia &c. Drexelius de Inferno c. 13. §. 3.

Pater Abraham! miserere mei. Luc. 16. 24. Frustrà agis poenitentiam in loco, ubi non est poenitentia locus. Tormenta te cogunt agere poenitentiam, non mentis affectus. S. Chrysost. hom. de divite. Quare misericordiam Dei non in Inferno; sed dum vivis, in Mundo. Ibi enim aquam negat; hic sanguinem dat, ibi nec misericordia guttam; hic flavios sanguinis ministrat. Sanct. Bonavent. f. 1. de Pass.

Omni tormento atrocius desperatio condemnatos affliget. Non miserebitur ultra Deus, neque tunc audiet poenitentes. Cyprianus de asc. *Non parces oculus meus super te; & non miserebor.* Ezech. 7. 9.

Hi sunt, quibus misericordia jam fecit occasum; qui irrevocabiler in lacum miseriarum descenderunt. S. Laurent. Just. lib. de vita sol. cap. 10.

Quinta.

Æternitas.

Mors depascet eas. Pl. 48. 15. Nam sicut oves lanæ suæ amissione jugiter perseverant: sic in illis semper, sine imminutione substantiæ, invenit, quod poena discruciet. Cassiodorus hic. Depascet ad instar ovium, quæ herbarum radices non evellunt; ut semper ad partum herbæ renascantur. *Obliviscatur ejus misericordia.* Job. 24. 20.

Ero mors tua, o mors morsus tuus ero Inferni. Ol. 13. 14. Quod occidimus, agimus ut penitus non sit. Ex eo enim, quod mordemus, partem abstrahimus, partemque relinquimus. Quia vero in Electis suis funditus Dominus mortem occidit, mors mortis extitit. Quia verò ex Inferno partem abstulit, partem reliquit; non occidit funditus, sed momordit Infernum. Sanct. Gregor. mor. l. 12. c. 4.

Sanctis una dies est, æterna lucis fruitio; & peccatoribus una nox, æterna custodia, & carcer. S. Ephrem. serm. de poenit.

Cupient mori, & fugiet mors ab eis. Erit itaque impiis ex tunc, si dici potest, mors semper vivens, vita semper moriens. Sanct.

Rupertus de operibus Spir. Sanct. cap. 10.

§. IV.

Inferni timor salutaris.

Sagitta Domini in me sunt - & terrores Domini militant contra me. Job. 6. 4. Iustorum mens non solum perpendit, quod tolerat; sed etiam pavet, quod restat. Videt, qualia in hac vita patitur; metuit, nè post hanc graviora patiatur. Sanct. Gregorius mor. l. 7. cap. 3.

Salvum me fac propter misericordiam tuam, quoniam non est in morte qui memor sit tui. Pl. 6. 5. id est, quia in Inferno non est, qui te laudet. q. d. non tantum timeo Infernum ob tormenta; quantum quod te ibi non sim laudaturus. *In Inferno autem quis confitebitur tibi?* Diez Laudes Dei.

Vadam ad portas Inferni. Il. 38. 10. Timor Domini vadit ad Infernum in dimidio dierum; ut non vadat in fine dierum. S. Bonavent. diæt. sal. c. 32.

Quid ergo faciemus? Luc. 3. 10. Unde hæc facta est repente tanta conversio? quis volutantes earum asperas mitigavit? quis vulnera immedicabilia curavit? considera, quomodo illos ab ipsis omnino principijs attonitos reddiderit: de gehenna scilicet inferendo sermonem. S. Chrysost. hic.

Quid gehennâ gravius? sed hujus metu nihil utilius: gehennâ namque timor regni nobis affert coronam &c. Sanct. Chrysostomus hom. 14. ad pop.

Me miserum! me miserum! quia nondum à gehennâ igne sum liber: nondum mihi constat, quoniam hinc sim profecturus. B. Ilias Abb. Or. 14.

§. V.

Inferni memoria, & oblitio.

Dominus mortificat, & vivificat; deducit ad inferos, & reducit. 1. Reg. 2. 6. Ut mortificet, ducit ad inferos; & ut vivificet, reducit ab inferis. Omnipotenti enim Deo ad inferos deducere, est, peccatorum corda æternorum cruciatuum consideratione tertere: ei quoque ab inferis reducere, est, terribis poenitentium, atque commissa lugentium, mentes spe vitæ indeficientis attollere. Sanct. Gregorius lib. 2. hic.

Ascendit fumus in via ejus. Pl. 17. 9. Æternarum poenarum memoriam confert aptè David cum fumo: fumus enim ab igne nascitur, & lacrymas elicit adstantibus. S. Augustinus hic: ascendit fumus ab ira ejus. Ascendit lacrymosa deprecatio poenitentium; cum cognovissent, quod minatur Deus impijs. Pinna Ethol. 8.

Descendant in Infernum viventes. Pl. 54. 16. In Infernum descendunt viventes; qui cogitationes suas pessimas expavescunt, & ad melioris institutionis tramitem divinâ gratiâ transferuntur. Sic enim quasi in Infernum viventes descendimus, quando malorum nostrorum cogitatione terremur. Cassiodorus hic.

Sicut

Sicut fuit cera à facie ignis. Psalm. 67. 3. Sic animus ignis aeterni memoriâ tactus solvitur; & emollitum, ac quod voles, fin- ges. Pinna Eth. 8.

Profundum abyssi quis dimensus est? Eccli. 1. 2. Per profundum abyssi intelligitur profunditas suppliciorum. Et hujusmodi nemo metitur. Præmia cæli contemnuntur, gaudia Mundi diliguntur, supplicia Inferni non metuuntur. Hugo Card. hic.

Est fuit ruina illius magna. Matth. 7. 27. Juxta S. Chryostomum hom. 25. in Matth. est ruina impiorum in Infernum. Sic Christus D. absolvit concionem, metum incutiendo memoriâ aeternarum poenarum; sic multos, mag- nosque, animorum motus fecit. *admira- bantur turba v.* 28. S. Chryost. propterea tali sine sermo. ejus completus est; ut magis in mentibus ejus tam utilis sententia figeretur. Pin- na Eth. 100.

Rogo ergo te Pater &c. Luc. 16. 27. Sanct. Chryostom. 2. in ep. 2. Thessalon. si dives ille ignem hunc cogitasset, utique

non deliquisset: quia verò nunquam in men- tem ejus venit; ille propterea in illum de- cidit.

Nè & ipsi veniant, &c. Luc. 16. 28. q. d. ait S. Chryost. in Psalm. 11. Sermo de gehenna nunquam factus est in domo patris mei; ideo ergo has poenas incurri: quia nunquam illas mente cogitavi, nec discentem de ijs audivi. Rogo ergo, mitte Lazarum, qui multa de In- ferno fratribus intonet: sic enim impietate posi- tà ad meliorem frugem se recipient.

Rogo, ut gehennæ memineris, de ge- henna loquaris: magna est enim horum ver- borum utilitas. Et ideo diabolus omnia facit, & molitur, ejus volens auferre memoriâ. Noli eam à memoria ejicere; nec dicas: quid me importunâ afficiam tristitiâ? importunâ e- rit, quando angèris in gehenna. S. Chryost. tom. I. in Pf. 11.

Non sinet in gehennam incidere, ge- hennæ meminisse. Idem l. 31. in epist. Sanct. Pauli.

TITULUS IX.

INGRATITUDO.

§. I.

Symbola, Similitudines.

Dimisi corvum, - qui non reverte- batur. Gen. 8. 6. 7. Corvus Noe de- buisset per aliquod symbolum, per oli- vam, aut quid simile, referre nuntium Noe, qui eum aluerat; sicut fecit columba: sed ingratus fuit; dum cadaveribus adherens prioris sui nu- tritoris amplius non meminit. Marchantius D. 6. Pent.

Ibant in directum vacce. 1. Reg. 6. 12. Quid illis pro labore mercedis? Bethsamitæ eas occidunt, incinerant.

Ingrati similes fimo; qui, quanto plus caloris de sole percipiunt, tanto plus foetent. Suma Prædic. Gratitudo.

Ingrati similes securi; quæ cum manubrio, à nemore accepto, nemo prostermit. Et vermi- bus, qui lignum & pannum, de quo nascuntur, & nutriuntur, deltruunt. ib.

Solem quidam pinxit nubibus densis circum- datum. Lem: *Quas ipse levavi.*

Sol eclipsatus. Lem: *Adimit, quò in- grata res fulget.* Scilicet Luna. Picinelli.

Ignis. Lem: *Alentem devorat. Qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.* Pf. 40. 10.

Nebula obumbrans solem. Lem. *Elevan- tem obumbrat.* Idem.



§. II.

Ingratitudo erga DEUM.

Ex Veteri.

Abscondit se Adam, & uxor ejus, à facie Domini. Gen. 3. 8. Abul. absconderunt se ex verecundia ingratiitudinis: quia contra Deum beneficientem eis peccaverunt.

Maledictus eris super terram, - cum operatus fueris eam non dabit tibi fructus suos. Gen. 4. 11. 12. Cur illi fructus negan- tur? quia ingratus obtulit Deo viliora de fructi- bus, sibi meliores reservans. Sylveira in Matth. 13. q. 11.

Comeditis, & non saturabimini. Levit. 26. 26. ait Deus Israëlitis; Pauperibus verò: *edent pauperes, & saturabuntur.* Pfal. 21. 27. Nota, quòd addit: *& laudabunt Dominum.* En discrimen. Alvarez, Il- lustr. 99.

Constituamus nobis duces, & reverta- mur in Egyptum. Num. 14. 4. Semper Deo infensa, divinisque beneficijs inimica, Ju- daea gens: postquam enumerasset beneficia illis collata, mare divisum, columnam nubis & ig- nis, manna, aquam ex petra, vestes quadraginta annis integras, solem stantem, cedentem Jorda- nem, cadentem Jericho. Horum quæ gratia? expediamus nobis duces &c. Sanct. Basilius Seleuc. or. in illa verba Luc. 18. ecce ascendimus Jerosolymam.

In diebus illis agrotavit Ezechias. 4. Reg. 20. 1. Quia non cantavit canticum Do- mino post stragem hostium; ut mos erat. Sicut Moyses, Anna, David, Debhora &c. Hugo Card. hic.

hic, ita etiam sentit Sancti Thomae Aquin. in cap. 38. ff.

A fructu frumenti, vini, & olei sui, multiplicati sunt. Pl. 48. paulo ante praecessit: *multi dicunt, quis ostendet nobis bona?* v. 6. Si abundantiam à Domino acceperunt, quomodo de largitore jam dubitant? Quis eis bona illa ostenderit, & praestiterit? ignorant. Theodoretus: etiam de manu Dei bona ferentes dicere audent: *quis ostendet nobis bona?* Alvarez Illustr. 143.

Posuerunt adversum me mala pro bonis. Pl. 108. s. Hoc est maximum persequentium crimen; quòd bonitati malitiam, & dilectioni odia reddiderunt. S. Prosper hic.

Filios enutrevi &c. Il. 1. 2. Voluit Deus, ut Propheta sermonem suum inciperet à lamentatione contra ingratos. Populus Deum multipliciter offenderat; & de multis poterat conqueri peccatis; sed praeteritis ceteris omnibus, orditur ab ingratitude, ut omnium aliorum radice. Vocat caelum, & terram, in testem v. 2. ut quarelas suas tam iustas percipiat auribus. Reprehendit eos, tanquam belij pejores. *Cognovit, inquit, bos possessorem suum &c.* v. 3. Stella p. 2. c. 54.

Reduc me in memoriam, narra, si quid habes, ut iusti fieris. Il. 43. 26. Stephanus Cantuar. ad c. 14. Ex. apud Tilman. q. d. confer opera tua Cruci; & vide, quam inaequalis sit ad me recompensatio tua.

Saturati sunt, & levaverunt cor suum, & obliti sunt mei. Ol. 13. 6. In accepto beneficio lethargum bibunt ingrati. Sicut cui vini copiam ad ebrietatem propinas, ebrius vinu fit tui immemor: sic, quem beneficijs cumulas, tui immemorem facis. Alvarez Illustr. 143.

Ex Novo.

Dederunt ei vinum bibere cum felle mistum. Matth. 27. 34. Pro vino fel, & myrrham, & acetum, ei porrigunt. Hoc pro fertili terra, quam tot annos possederant; pro ingenibus vineis, & suavissimis vinis, quae terra illa protulerat, rependunt tanto Muneratori. Isidorus Clarius or. 41. Vinum myrrhatum cum felle praemittitur, antequam fodiatur: ut singuli sensus singulas habeant passiones. Et lingua, quae docebat dulcia verba vitae, recompensationem habeat in vino myrrhato, alicujus animalis amarissimo felle mixto. Implacabili odio Judaei oderant linguam illam, quam talibus ordinaverant amaricari saporibus: memores enim erant, quoniam damnatos illorum mores argueret. Simon Cass. l. 13.

Ejecerunt illum extra civitatem. Luc. 4. 29. Scilicet patriam suam Nazareth.

Novem ubi sunt? Luc. 17. 17. Nos verò rogare possumus, mille ubi sunt Dei beneficijs cumulati? qui pro beneficijs, non gratias, sed offensas, reddunt. Barradius D. 13. Pent.

Hodie mecum eris in paradiso. Luc.

23. 43. S. Ambr. in Pl. 39. ad istorum omnium perpetuam condemnationem lato crucifixus absolvitur: quia ille Christum in supplicijs agnovit suis, quem illi in beneficijs non cognoverunt: quia in Cruce sua regnum Domini mente aufexit, quod in convivio Christi Judas videre non potuit.

Cur Joan. 2. Evangelista nomen sponsi, & sponsae non exprimit? Notatur ingratitude; cum à Christo D. praeter spem, tantum impetrarunt miraculum; in gratiarum actionem nec verbum persolverunt: & ingratitude, beneficiorumque oblivio; nomen maxime obcurat, & expungit. Sylveira hic q. 4.

Cum ergo accepisset ille buccellam, contumò exivit. Joan. 13. 30. Unà gratitudine amissa perdidit omnia incurius homo. S. Chrysof. hom. de Bapt. Chr. quando ultima Coenae communicavit Judas nocte illà postremà, ceteris omnibus recumbentibus, ipse se propiciens excessit. Illum imitantur & isti, qui ante ultimà gratiarum actionem discedunt. Nisi enim exisset ille, proditor factus non esset.

Ex Patribus, & alijs.

Non illi saltèm civitati, quae eum recipere noluerat, iratus est: cum etiam Discipuli tam contumelioso oppido coelestes ignes representari voluissent: ingratos curavit, insidiatoribus cessit. Tertullianus l. de Pat. c. 3. Quasi hoc sit maximum rationis tormentum; beneficiorum oblitus, ac ingratis, contulisse beneficium. Nazara in Jos. 17. s. 15.

Tunc maxime Deus ex memoria hominum elabitur, cum beneficijs ejus fruuntur. Lactantius l. 2. Inst. div. c. 1.

Ingratitudo est radix totius mali spiritualis; & ventus quidam desiccans, & urens, omne bonum; obstruens fontem Dominicae misericordiae tuae super hominem. S. August. Man. c. 18.

Non verecundae, sed ingratae, mentis indicium est, beneficia tacere divina. S. Leo l. 1. in anniversario &c.

Judaeos nihil magis perditioni dedit, quam quòd ingrati Deo esse voluerunt. S. Chrysof. hom. 26. in Matth. c. 8.

Peremptoria res est ingratitude, hostis gratiae, inimica salutis. Sancti Bernardus l. 2. D. 6. Pent.

Nihil ita displicet Deo, praesertim in filijs gratiae, quemadmodum ingratitude: vias enim obstruit gratiae. Id. ib.

Ingratitudo inimica est animae, exinanitio meritum, virtutum dispersio, beneficiorum perditio, Ingratitudo ventus urens, sicans sibi fontem pietatis, rorem misericordiae, fluentia gratiae. Id. l. 51. in Cant.

Gratiarum cessat decursus, ubi recursum non fuerit: nec modò nihil augetur ingrato; sed &, quod acceperat, vertitur ei in perniciem. Idem l. 1. in Capite jejunijs.

Homo vide, quae pro te patior; vide clavos, quibus confodior; vide poenas, quibus afficio. Et

Et cum sit tantus dolor exterior, interior tamen planctus est gravior, dum ingratum sic te experior. S. Bonaventura serm. 60. de Passione Domini.

Non est dignus beneficium consequi, qui de beneficijs acceptis, gratias non agit. Sanct. Thomas Aquin. in epist. ad Romanos. Lect. 5.

Ingratitudo recepta perdit, promissa non recipit, ductum gratiæ infundendæ intercedit. Simon Cass. l. 1. c. 27.

§. III.

Ingratitudo erga homines.

Tantum memento mei. Gen. 40. 14. Comes accepti beneficij, oblivio. Vis in oblivionem venire, benefac. Alvarez Ilustr. 134.

Obijt Jacob. Gen. 50. 3. Egyptijs autem celebrantes exequis planctu magnò, atque vehementi, impleverunt septuaginta dies. Obijt & Moyfes Gen. 50. 25. mortuus est, & conditus aromatibus, repositus est in loculo. Cur Joseph non æquè, imò magis plangitur populi in fame pater? Respondet Oleaster: Jacobi exequias, vivente Joseph prorege celebratas, cum planctu ab Egyptijs ex adulatione; Josephi minime: ut dicamus quàm facile oblivioni tradatur, quidquid pro communi bono feceris. Escobar. t. 3. Coll. Christi Obsev. 5.

Surrexit interearex novus super Egi-

ptum, qui ignorabat Joseph. Ex. 1. 8. Lippoman: in hoc rege, qui non noverat Joseph, id est, beneficia, quæ contulerat Joseph in Egyptios, observandi veniunt mores hujus sæculi, in quo maxima invenitur hominum ingratitude.

Quandocunq; Spiritus Domini malus - David tollebat cytharam &c. 1. Reg. 16. 23. Saul pro salutifero plestro hastam mortiferam intorquet in Davidem. Sanct. Zenò s. de livore.

Eris igitur mihi servus sempiternus. 1. Reg. 27. 12. Dixit rex Gethaus Davidi, ob illultras de Amalecitis, de Gessuri, de Gersi, relatas victorias. O ingratum regem! ob tot labores, pericula spreta, hostes debellatos, servitus promittitur, eaque sempiterna? spolia, tituli, honores, cum eo dividendi erant; amicitia fœdera ineunda. Sic oleum, & operam, perdit, qui Mundo servit. Stengelhus Div. Jud. t. 3. c. 15.

Flebam quorundam super eo, qui affligus erat &c. Job. 30. 25. 26. Et cap. 31. 17. Si comedi buccellam meam solus. At quid ex hac largitione retulit? c. 30. 26. *expetabam bona, & veniunt mihi mala &c.*

Conclude elemosynam in corde pauperis; & hæc pro te exorabit. Eccl. 29. 15. Non dicit, pauper pro te exorabit, sed hæc elemosyna exorabit pro te: quia, qui receperit, mutò ore filebit, & tui obliviscetur. Alvarez Ilustr. 143.

TITULUS X.

INIMICORUM DILECTIO.

§. I.

Symbola, & Similitudines.

Ad tibi arcam - trecentorum cubitorum erit longitudo &c. Gen. 6. 14. 15. Hugo à S. Vict. lib. Allegor. in Gen. 18. per Arcam Noè intelligit Electorum cor. Arca, inquit, longitudo, fides est; quæ credit omnia, quæ fecit Deus ab initio sæculi; vel facturus est usque ad finem ejus, per se, vel per angelos, vel per homines. Altitudo spes est; quæ erigitur ad speranda bona, quæ in cælis sunt præparata diligentibus Deum. Latitudo charitas est; quæ extenditur ad Septentrionalem plagam per dilectionem inimicorum; & ad plagam australem, per dilectionem amicorum.

Deduxit me super semitas justitiæ. Pl. 22. 3. Semitæ ideo dicuntur, eò quòd planæ viæ non sint, sed semivix, id est, angustæ. Audite, istæ semitæ angustæ quæ sint? orare pro inimicis, nulli malum pro malo reddere, cibare inimicum, potare, & vestire; invicem pati, & non facere. S. Chrysof. in Pl. 22.

Sicut lilium inter spinas. Cant. 2. 2. Lilium pungentes se spinas candore suo proprio illustrare, & vensurare, non cessat. Annon proin-

de lilium tibi videtur implere quodammodo Evangelij perfectionem, quò orars jubemur *pro calumniantibus, & persecutentibus nos, & benefacere his, qui oderunt nos.* S. Bernardus l. 48. in Cant.

Ordinavit in me charitatem. Cant. 2. 4. Alij: *posuit in me vexillum amoris.* Titus Livius l. 34. ubi agit de bello Romanorum cum Gallis; affirmat, morem fuisse Romanorum, quandoque in medias hostium acies vexilla propria projicere; ut milites majori furore accensi, pro recuperando vexillo acerrimè dimicarent, similiter Christus charitatis vexillum inter inimicorum copias conjectum voluit. *Ego autem dico vobis; diligite inimicos vestros.* Matth. 5. 44.

Non enim erat tempus sicorum. Marc. 11. 13. Cur maledicta arbor, quòd fructum non habeat; cum tempus fructuum non est? Origenes: imò hac causâ arefactam. Christiani fructus, sive *fructus spiritus* Gal. 5. 22. *Est charitas, gaudium, pax &c.* Vide Origenem tom. 2. p. 103.

Silex, ex quo ignis excutitur. Lem: *Non sine seltu.* Silex dilectionis inimicorum est Symbolum. Cor. in Matth. 27.

Sol nubibus sibi obstantibus lumen communicat, easque clariores reddit. Lem: *Deum non invidet hosti. Charitas non amulatur.* 1. Cor. 13. 4. Hefius.

§. II.

*Inimicos diligendi Motiva varia.**Primum Motivum.**Deus inimicos diligit, eisque benefacit.*

Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Ps. 115. 12. Non ait, pro omnibus, quæ tribuit mihi; sed pro omnibus, quæ retribuit mihi. Quæ igitur præcesserunt hominis, ut omnium donorum Dei tributio, non tributio, sed retributio vocari possit? Quæ præcesserunt hominis, nisi peccata? retribuit ergo Deus bona pro malis, cum homines adhuc retribuunt mala pro bonis. S. Augustinus hic.

Qui solem suum &c. Matth. 5. 45. Attendat, qui tergiversantur, negantes inimicis dilectionem, & odientibus beneficium, & peccatoribus orationis officium, impartiri; divinam in omnibus largitatem; qui solò velle de inimicis suis posset facere ultionem; qui eos creavit, bona tribuit, à quibus offensus est: qui solem, totius Mundi gaudium, omnium oculorum lætitiâ, etiam à peccatoribus non abscondit. Simon Cass. l. 10. c. 19.

Legatione fungimur - reconciliamini Deo. 2. Cor. 5. 20. S. Gregor. hom. 32. in Evang. inter nos, & Deum, discordiam peccando fecimus: & tamen ad nos Deus suos Legatos prius misit; ut nos ipsi, qui peccavimus, ad pacem Dei rogati veniamus. Erubescat ergo humana superbia; confundatur quisque; si non satisfaciât prior proximo. Aristippo cum Æschine nescio quid iræ incidit. Quidam illi dixit: O Aristippe, ubi nunc amicitia vestra? respondit: dormit. Sed ego eam excitabo, adiitque Æschinem. Adeone, inquit, tibi videor infelix, & insanabilis? ut ne moneri quidem merear à te. At Æschines: non mirum, ait, si, cum in omnibus me præcellas ingenio, hic quoque. Si Christiana dormit amicitia, vel potius extincta est; excita illam prior placidis verbis, & factis. Barradius l. 7. c. 14. tom. 2. D. 5. Pent. Quantâ autem authoritate, Legationis munere, fungatur Paulus, ostendit S. Chrysof. citatus ab Hug. Card. hic. Credendum est, inquit, quod literas summi Papæ sigillatus detulit. Sigilli impressio paupertas, sitis, fames, crucis ignominia; & hujus literæ subscriptio: *Jesus Nazarenus &c.* Sed parum est, ut homines Legatos pro reconciliatione mitteret: ipse Filius Mediator venit. Rom. 5. 10. *Cum inimicis essemus, reconciliari sumus Deo per mortem Filij ejus.*

Si quis adversus aliquem habet querelam; sicut & Dominus donavit vobis, ita & vos. Coloss. 3. 13. S. Anselmus hic: Dominus condonavit vobis sine ullò respectu vindictæ sumendæ; ita & vos condonate vobis semper ad

invicem omnia. Debetis enim confervis non negare, quod à bono Domino gaudetis vos percepisse. Novit hanc bonorum divinum obligationem ipse Filius Dei: qui ubi à Patre accepit esse Filium; nihil magis studuit in Mundo, quam ut nos quoque filij Dei fieremus. *Deus eis potestatem filios Dei fieri.* Joan. 1. 12.

Vide plura: Bonitas Dei. Item Tit. Misericordia Dei.

Christus D. dilexit Judam.

Unus vestrum me traditurus est. Matth. 26. 21. Christus offensus ex ipsis injurijs, quas accepit, arripit occasionem bene merendi de offensore, qui intulit. S. Chrysof. hom. de Juda: mira patientia! Petrus condemnat Ananiam mentientem, Salvator Judam patienter sustinet traditorem. Didacus Niss. de prodicione Juda.

Ego pro te impio, & peccatore; ut tuæ iniquitates mei sanguinis effusione lavarentur, magnò silentio: & magnâ patientiâ, traditorem meum pertuli: nonne imitaberis me, ut & tu non reddas mala pro bonis? Sancti. August. in Psalm. 7.

O anima, quæcunque impatiens, sava, & vindictæ appetens; quæcunque unico verbo ad iram, & contumeliosa verba, atque ad tuam ultionem expetendam, commoveris: attende, quæso; ut Christus non dedignatus sit alloqui vilißimum proditorem suum; eumque amicum dicere, & dulciter osculari. Tu verò præteris proximos tuos, eis loqui contemnens; talique dedignatione tuâ ad odium eos, invidiamque, provocas: sicque animas illorum perdis, quos amicabili aspectu, & suavi verbo, placare, & ad charitatem movere posses. Bloßius marg. Ipir. p. 3. c. 3.

Permisit se Christus osculari à proditore, ut per hoc Judam ad charitatem, & penitentiam, provocaret. 2. ut nobis mansuetudinis, & patientiæ, daret exemplum: videlicet, ne ab adversario vultum, & oculos, avertamus; nec amulos indignanter aspiciamus. Dionys. Carth. in Matth. 26.

Christus D. dilexit crucifixores.

Pater! dimitte illis. Luc. 23. 34. Criminatores suos excusat à crimine. Illi crucem parabant; hic salutem, & gratiam, rependebat. S. Ambros. hic. Prima cura fuit Domino de alijs, postrema de se. Prima sententia dirigitur ad inimicos: quia charitas primum succurrit magis egentibus. Et nos quoque tanti Magistri discipuli, magis egebamus instrui de dilectione inimicorum; quæ difficilior, & rarior, est. Bellarminus l. 1. c. 1. de Septem V. D. Unde latro, cum miracula, quæ circa Crucem paulò post acciderant, nulla adhuc vidisset, ad mentem redijt? Fortassis ex oratione, quam Jesus Christus magnâ cum fiducia ad Deum, tanquam Patrem, transmittibat: *Pater ignosce illis &c.* Titus Bostrenf. ad c. 23. Luc.

O Ver.

O verbum totius dulcedinis, & veniæ! *Pater ignosce illis!* ð verbum totius amoris, & gratiæ, hodie tecum eris in paradiso. Respira nunc in spem veniæ anima, quantumcunque peccatrix: si tamen patientis pro te Domini Dei tui vestigia sequi non abhorres. S. Bonav. tr. de lig. no vitæ.

Impetravit, quod petierat Christus; multaque statim millia crediderunt; & usque ad quadragesimum secundum annum datum est tempus pœnitentiæ. Sancti Hieron. ep. ad Hebræos. q. 8.

Non solum pro transgressoribus oravit. If. 53. 12. dicens: *Pater dimitte &c.* sed tota Passio ejus oratio pro transgressoribus fuit; qui eramus nos: nam in Adam omnes peccavimus. S. Rupertus in If. hic.


Christus dilexit alios inimicos.

Qui solem suum oriri facit. Matth. 5. 45. Mortis memoria non finit odisse inimicos. Non otiose meminit Dominus solem, ut doceat nos parcere inimicis. Sol enim oritur, sed eodem die moritur. Pl. 103. 19.

Sol cognovit occasum suum. Credo neminem irasci posse inimico suo, si occasum suum spectet, si sepulchrum cogitet. Unde Joseph tam clemens in fratres? audierat eos dicentes Gen. 42. 13. *alius non est super*; id est, Joseph mortuus jacet sepultus. Ubi de se quasi mortuo audivit; non potuit non habere animum, etiam erga hostes, paratissimum. Bæza t. 3. l. 14. c. 7. §. 10.

Pluit super justos, & injustos. ib. Cum juberis emulus esse Dei pluentis super justos, & injustos; non memineris communis hujus pluvie, quæ segetes nutriunt; sed illius pluvie sanguineæ, quæ à Passionis nubilo Dominus inimicos animos sibi emollivit, & Patri reconciliavit. S. Gregor. Naz. in tetrastichis, cum tu dolore ardes maximò, Christi memor sis vulnerum; pars, & quora fiat hæc dolorum, quos heros tulit tuus; sic nempe, ut undis obrutus, mœror perit. Nicetas Naz. Scholasticus: si cuiuspiam in te contumelia effervescens, atque in summam magnitudinem evecta, ingentem in te furoris flammam excitavit, animumque tuum ulciscendi cupiditate incenderit: fac, protinus tibi Christus in mentem veniat; da operam, ut contumelias, illusiones, flagra, & vulnera ea, quæ ille salutis tuæ causâ in cruce pertulit, quamprimum recorderis; sic fiet, ut hujuscemodi cogitationibus, tanquam aquis, animam tuam leniens, atque irrigans, mœroris, atque iracundiæ, æstum extinguas.

Transfiguratus est ante eos. Matth. 17. 2. Transfiguratur Christus sub nocte in monte excelso seorsim; patitur verò in Jerusalem aperta die: idque amore inimicorum suorum; quibus dolor fuisset, gloriam ejus videre; gaudium, pœnas. Sylveira hic q. 6.



Secundum Motivum.

Inimicos dilexerunt Sancti.

Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Gen. 4. 10. Vox sanguinis adhuc fratris tui, adhuc fraternò erga te amore incalcescentis; non ad te, sed ad me, clamat. Non tibi scelus exprobrat; non hostem, non feram, vocat; sed meam appellat justitiam; si te facti non pœniteat: misericordiam implorat, ac veniam: si respicias, si doleas, si confitearis. Fernandus hic.

Quid venistis ad me hominem, quem odistis, & expulistis à vobis -- fecit ergo eis convivium; & post cibum, & potum, surgentes manè juraverunt sibi mutuo. Gen. 26. 27. 30. 31. ait Isaac ad injuriantes sibi.

Osculatus est Joseph omnes fratres suos. Gen. 45. 15. Osculabatur singulos, & per singulos flebat, & irriguis lacrymis paventium colla perfundebat; itaque odium fratrum charitas lacrymis abluibat. S. August. serm. 83. de temp. Solet nobilitas facillè parentum oblivisci miserias: Joseph autem nihil oblitus est in fratribus, nisi solas injurias. Denique pro odio misericordiam, pro crudelitate lætitiã, pro gladijs oscula, representat: facit de hostibus dominos, de ignobilibus claros. S. Fulgent. f. de Joseph. Cur duritiùs tractavit fratres? Sancti Thomas Aquin. hic c. 42. dat hanc: ut ex longa suspensione suæ revelationis, sub hujusmodi duritiæ fortitius occultatæ, ipsa revelatio pleniori gaudiò cumlaretur.

Putasne, est aliquis, qui remanserit de domo Saul? 2. Reg. 9. 1. Dixit David obtento regnò, hostibus omnibus debellatis. Infensis hostis filios requirit. An ut perdat? imò ut ad mensam trahat. Miphiboseo ait: *restituam tibi omnes agros Saul patris tui.* v. 7. Bæza t. 3. l. 14. cap. 7. §. 4. Beatus David, licet virtutibus multis fuerit exornatus; nulla tamen actio eum Deo familiaritè conjunxit, quam dilectio inimicorum suorum. S. Aug. f. 2. D. 3. Pasch. Similiter ait S. Cæcilius hom. 11.

Putredini dixi: pater meus es; mater mea, & soror mea, vermibus. Job. 17. 14. Vermes, à quibus corrodebatur, ut parentes optimos, ut fratres charissimos habebat. Tertull. l. de Pat. quale Deus vexillum de inimico gloriæ suæ exulit; cum Job erumpentes bestiolas inde, in eisdem specus, & passus, foraminosæ carnis ludendo revocaret. Bæza t. 3. l. 13. c. 7. §. 4.

Si steterit Moyses &c. Jer. 15. 1. S. Gregor. hom. 27. in Evang. Quid est, quòd Moyses, & Samuel, cœteris Patribus in postulatione præferantur? nisi quòd hi duo tantummodo in cuncta Testamenti veteris serie, etiam pro inimicis suis, leguntur exorasse. Unus à populo lapidibus impetitur. Ex 17. 4. tamen pro lapidatoribus suis Dominum de-

precatur. Alter ex principatu ejicitur; & tamen petitur, ut exoraret, fatetur dicens: *abstine a me hoc peccatum in Domino, ut cesset orare pro vobis.* 1. Reg. 12. 23. Cornelius in 1. Reg. 12. 15.

Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Act. 7. 59. In illa lapidum ruina, quando alius oblivisci poterat etiam charissimos suos, ille Domino commendabat inimicos. S. Maximus hom. in Natali B. Steph. Viri fratres. ib. Memor fratrum, immemor persecutorum, recordans de qua radice processerit. Euseb. Emis. hom. de S. Proto Martyre.

Christianus nullus est hostis, nedum Imperatoris, quem sciens à Deo suo constitui, necesse est ut illum diligit. Tertull. lib. 2. ad Scapulam c. 2.

Hoc sit mihi thesaurus desiderabilis, & super omnia amabilis; scilicet super me poenas, & opprobria, congregare; & intimo corde diligere; qui me in hoc factò adjuvent: omnem consolationem presentis vita horrebo. S. Laur. Just. de inc. div. am. c. 2.

Tertium Motivum:

Quia præceptum Domini est: Ego autem dico vobis &c. Matth.

5. 44.

Ex Veteri.

Tolle filium tuum unigenitum &c. Gen. 22. 2. Nescio, an difficilius sit, filium dilectum unicum occidere, quam inimico invito parere. Quà vi Patriarcha ad tam difficile adducitur imperium? præcepit Deus; qui meliorem filium propter ipsum Abraham litare non renuet. S. Basilus Seleuc. or. 7. Abraham semio curvatus intrepidà manu charissime proli gladium intentat: quia imperantis Dei charitate vincit naturæ difficultatem, ut hostia minime carla Domini sacrificium imitaretur.

Deus patris vestri heri dixit mihi: cave &c. Gen. 31. 29. Quid ad hoc Christianus dicet, cum Deus ejus præcipiat, dicatque: *ego autem dico vobis.* Ego, qui vos condidi; ego, qui vel glorificabo, vel damnabo. Osorius f. 6. post Cin.

Pater tuus præcipit nobis, antequam moreretur, ut hac tibi verbis illius diceremus: obsecro, ut obliviscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati &c. Gen. 50. 16. 17. Lyran. hic: hoc finxerunt fratres, ut, amore patris præcipientis, Joseph citius ad misericordiam flecteretur. Jacob hoc non dixerat, quia non diffidebat de benignitate Joseph. Noa potuit non bonus Joseph (videns Jacobum nihil sibi mandasse proprio ore, antequam moreretur, circa veniam fratrum) cognoscere eorum fictionem: attamen vel fictum patris mox morituri imperium audiens, profusus lacrymis inimicos amplectitur. Et tu videns JESUM crucifixum jam moriturum inclamantem: *ignosce illis!* & antequam moreretur, monentem, *diligite inimicos ve-*

stros: quomodo potes non ex toto corde inimicis ignoscere? Quam aptè fratres patris mortem memorant. Quam facile inimicos amore prosequemur, si JESU morientis, & pro inimicis orantis, nobis obijciamus imaginem. Elcobar. t. 3. Coll. Chr. Obs. 2.

Moyles horrebat serpentem caudà apprehendere. Sed quia DEUS præcepit, fecit, & manu arripit, vidit esse virgam. Ex. 4. 4. Quid Domine ais tu? inimicum meum ut ego complectar, tam mordacem colubrum, qui tam horribile venenum ore vomit? Ita: sic enim ego volo. Amplectere inimicum tuum, & cernes, quòd sit virga. Diez f. 6. post Cin.

Servate mihi puerum Absolon. 2. Reg. 18. 5. Miser ab arbore in fuga detinetur in militum conspectu! qui comprehensum inimicum non audent vulnerare. quare? auditibus nobis præcepit rex Joab, & Absalon, - dicens: *custodite mihi puerum Absolon.* 2. Reg. 18. 5. Dicit tibi JESUS: *ego autem dico vobis, diligite inimicos;* & tu persequi audes? Elcobar t. 3. Coll. Chr. Obs. 2.

Corvis præcepi, ut pascant te. 3. Reg. 17. 4. Cur corvis? Sanct. Basilus Seleuc. Or. 11. ne innotatum his in pullos odium imitère: quin potius imitare eorum in te curam: hi commodatò tibi obsequiò naturam vicerunt.

Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras. Pl. 16. 4.

Ex Novo.

Ego autem dico vobis &c. Matth. 5. 44. Ecce, qualem auctoritatem tribuit Dominus præcepto de diligendis inimicis: *ego atque* à JESU venit hæc charitatis vox. Illud qui non servavit præceptum, prorsus ad ejus vocem surdescit. Baeza t. 3. lib. 14. cap. 7. *Ego dico.* Quid dixerit Dominus, quod Christiano possit difficile apparere? Elcobar t. 3. Coll. Chr. Obs. 2.

Nota, quòd Dominus totum hominem in inimici sui ministerio occupare voluerit; nè quid ei remaneret, quòd ei nocere posset. Quibus rebus potes alteri officere? corde illum odiò habes, linguà illum infamas, manibus male ei faciens. Nunc ergo vide, quomodo Deus hæc omnia tibi occupet. *Diligite*, inquit, *inimicos;* ut cor occupet: *benefacite &c.*; ut manus occupet: *orate &c.*; ut linguam etiam occupet. Diez f. 6. post Cin.

Quis igitur potest conqueri de mandato altissimi? quis cavilabitur reluctans facere, quòd novimus DEUM velle? quis dicet impossibile, quòd cum faciendi gratia mandatur, aqua justitia, summa veritas,

& æterna? Simon Cass. lib. 10. cap. 23.

☞☞☞(50)

Quar-

Quartum Motivum.

Vindictam DEUS sibi reservat.

Tenebatq; Saul lanceam - & rimuit Saul David, eò quòd Dominus esset cum eo. 1. Reg. 18. 11. 12. Cur timuit Davidem? Timebat DEUM vindicem; videns, Davidem patienter ferre injuriam; & ob id transferendum in regnum: quia, qui parcit, purpurâ dignus est. de Castillo llat. 128.

Judicavit pro te Dominus hodie de manu omnium, qui surrexerunt contra te. 2. Reg. 18. 31. ait Chusi ad David casò Absolone. Salvianus lib. 2 de Provid. eundem (Davidem) cum fugasset è regno filius persecutor, iudex in brevi Dominus vindicavit. Nec vindicavit tantum; sed cumulatis vindicavit, quàm ipse voluit, qui vindicabatur: ut ostenderet scilicet DEUS; graviolem sibi esse injuriam injusta tolerantium, quàm tolerantibus suam.

Accingere gladio tuo - potentissimè. Psal. 44. 4. Post egregiam formam decoris, post gratiam insulam in labiis, imperatur à Patre, ut accingatur gladio suæ fortitudinis, ad conservanda omnium rerum jura; ut in pace sint omnia, quæ possidet. Ne ullus de vindicta cogitet fervorem, dum viderit præstantem Dominum mucrone ultionis accinctum. S. Palchâsius hic.

DEUS ultionum Dominus. Psal. 93. 1. Non sumus nos Domini ultionum; non possumus libere agere, & ut libet, ulcisci. DEUS est Dominus ultionum. Barradius t. 3. l. 1. c. 20. Sæpe mos est DEO, ut dimittat, quæ in se peccata fuerint; verùm quæ in proximum, ea maximâ exquirat severitate. S. Chrysol. hom. 26. in Gen. Mea est ultio; & ego retribuam in tempore. Deut. 32. 35.

Non quero gloriam meam. Joan. 8. 50. Euthym. vindictam contumeliæ meæ. Est sensus: non quero à vobis gloriam meam vindicando, quam vos contumeliis vestris deraxistis. Est, qui quarat, & judicet. q. d. impune non feretis. Est enim Pater meus, qui gloriam meam quæret, vos judicabit, & supplicium gravissimum sumet. Barradius antè cit.

Hæc ulciscendi libido negotium curat, aut gloriæ, aut malitiæ. Sed gloria ubique vana; & malitia Domino odiosa; hòc quidem locò maximè: quia malum duplicat, quod semel factum est. Quid enim refert inter provocantem, & provocatum? nisi quòd ille prior in maleficio deprehenditur, iste posterior. Qui vindicet se, honorem unici Judicis DEI abstulit. Tertull. l. de Pat.

Nihil omnium DEUS ita odit, & averfatur; ut hominem ultionis avidum, & in animo suo perpetuus adversus proximum servantem inimicitias. S. Chrysolom. hom. 27. in Gen.

✠(○)✠

Quintum Motivum.

Inimici profunt magis, quàm obsint.

Ex Veteri.

Pleraq; Symbolicè.

Pro salute vestra misit me DEUS ante vos. Gen. 45. 5. Consideravit, quid effecerint; non quid cogitaverint. Naxera in Jos. 2. §. 43.

Examen apum in ore leonis erat, ac savus mellis. Judic. 14. 8. Leo est quilibet persecutor: apes aculeatæ sunt verba pungentia. Quantò plures fuerint apes, tantò plus de melle habebis dulcedinis aternæ. Vult nos sustinere DEUS apes in Mundo, ut dulcedinem habere possimus in cælo. S. Bonavent. l. 4. D. 2. Pasch.

Foderunt manus meas, & pedes meos. Pl. 21. 17. Non dicit, transfixerunt, sed foderunt: ut notetur fructus, qui inde secutus est; scilicet aeterna beatitudo. Hugo Card. hic.

Sicut novacula acuta fecisti dolam. Psal. 51. 4. Ecce, quid faciunt Sanctis mali? capillos radunt. Qui quidem capilli non superflue facti sunt à DEO in corpore hominum, sed ad aliquod ornamentum. Tamen, quia sine sensu præciduntur illi, qui adherent corde DEO, sic habent ista terrena, tanquam capillos. S. August. hic. Sicut capilli in corpore nostro tanquam superflui videntur, & sine detrimento carnis raduntur; sic, quidquid potest tibi facere iratus potens, inter superflua numerat. Quid times hominem, o homo? in sinu Dei es positus. Idem serm. 6. de puero Centur.

Circumderunt me sicut apes. Psal. 117. 12. Apes, etiam si inferant punctiois dolorem, amantur tamen: quia mellis dulcedinem ministrant. Sic & persecutores meos, Domine, amare volo; & punctioes, quas mihi amarum conatibus inferunt, contribulatò spiritui tolerare; ut mellita jucunditas subsequatur. Urbanus IV. P. hic.

Sicut lilium inter spinas. Cant. 2. 2. Candidior, molliorque nitescit; aculeis etiam domesticorum afflicta veritatem tui decoris gratius ostende. V. Beda hic.

Usq; in tempus sustinebit patiens, & postea reddito jucundatus. Eccli. 1. 29. Græce: postea ei pullulabit, & quasi de terra exorietur, & germinabit ei laticia. Est metaphora elegans ab arboribus; quæ in hyeme patiuntur gelu, nives, frigora; usque spoliatae foliis, ac frondibus, quasi canescunt, & emoriuntur: in vere autem quasi vivificatae radiis solis, germinant; & in lætas frondus, flores, & fructus, erumpunt. Sic patiens in adversis, paupertate &c. Justus ergo est instar palmæ plantatae secus decursus aquarum, quæ fructum dabit in tempore suo; id est, in tempore novissimo, ait S. August. in Pl. 1. Cornelius hic.

Zzz 2 3

Ex

Ex Novo.

Benefacite his, qui oderunt vos. Matth. 5. 44. Inter benefactores oportet illos habere: Omnis enim qui nos tentat, & persequitur, levio-rem facit poenam, quam pro peccatis ferre debemus. Theophylactus hic.

Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Joan. 15. 13. Videtur perfectior amor pro inimicis mori. Sed Christus, juxta S. Gregor. hom. 27. in Evang. non amicos, sed inimicos, intelligit. Aded enim certum est, inimicos fore nobis amicos, si eis beneficiamus; ut non jam inimici, sed amici, sint appellandi. Pinna Eth. 72.

Nè statuas illis hoc peccatum. Act. 7. 59. Qui pro inimicis sub ipso tempore consummata perfectionis oravit, beatitudinis suae causam persecutorem dilexit. Nec mirum, si eis nesciat irasci; per quos sibi videt aulam regni caelestis aperiri; per quos se aeternis saeculis intelligit consecrari. Eusebius Emis. hom. de S. Steph.

Ex Patribus, & aliis.

Plus diligendi sunt inimici, quam amici: qui enim inimici sunt, corpori adversantur, & animae preparant aeterna praemia: quia carnalia nostra, & terrena rapiunt, caelestia nobis, & spiritalia, congregant. S. August. l. 59. de temp. apud Did. de Castillo Illat. 126.

Inimici diligendi sunt; quia, sicut dapifer, serviunt praeudentibus: qui enim injuriam, vel contumeliam, irrogat, dapes patientiae, seu mansuetudini, ministrat. Sic servivit Esau Jacobo Gen. 25. 23. Hugo Card. in Luc. 6.

Quid est aliud persecutionibus exagitari, quam expoliri, in eorum lapidum morem; qui, cum prius rudes, atque informes, essent, crebris unitionibus tam pulchri fiunt, ut magnificentissima quaeque aedificia exornent. Isid. Clarius l. 2. or. 17.

Sextum Motivum.

Odiò, & vindicta, tibi nocet.

Ex Veteri, & Novo.

DEUS Patris vestri heri dixit mihi: cave, nè loquaris contra Jacob quidquam durum. Gen. 31. 29. O efficacissimam rationem ad nos ipsos superandos! Cum ad ultionem pergis, ad teipsum revertere dicens in medio furoris tui: DEUS mihi praecepit, nè quid durius proximo meo loquat. Altera causa est, cur Laban Jacobo nocere nollet: quia *filia mea, & filij, & greges tui, & omnia, quae erunt, mea sunt.* v. 43. q. d. mihi magis, rebus meis, quam tibi, nocebo. Cum ira exandescis, dic intra te: quid proximo meo possum damni inferre, quin mihi plus inferam &c. Diez conc. 1. in Com. Aposth.

Ulciscar me de hostibus meis. Judic. 16. 28. Plures interfecit moriens, quam antea vivus occiderat; sed ultio vitam abstulit. Samson contumeliam passus vivit; cum depellit infa-

miam, ipso triumpho tumulatus interit. Naxera in Jos. 9. §. 30.

Ex Patribus, & aliis.

Nullò modò nocere tibi potest inimicus feriens, quantum tibi nocet, si non diligis inimicum. S. August. l. 48. de divers.

Sicut nullum in vulnere valet medicamentum, si sit intus ferrum; ita nihil proficit illius oratio, cujus pectore versatur mortiferum odium. S. Augustin. lib. de reclit. Cath. conversat.

Cum nocentes innocentibus injuriam faciunt, illi patiuntur injuriam, qui facere se credunt. S. Cyprianus ep. 55.

Est verè pruina, & frigus, injuriarum memoria. Sed invocemus solem justitiae; oremus eum, ut radios suos emittat; & non erit amplius congelata pruina, sed fluvialis unda. S. Chrysol. hom. 4. in Thesal. 3.

Non attendimus; quia dum nos invicem odio habemus, ita muros caelestis Jerusalem contra nos claudimus, ut nobis nullus aditus remaneat, per quem intrare possimus. S. Casarius hom. 11.

Confueverunt, qui accensi sunt nocendi animò, inde fatigabiliter cogitare, quibus modis inextinguibilem erga odiosos sibi suam valent perficere voluntatem. Nocent magis, magisque nocere desiderant. Illius gehennae, quae inextinguibilis est, se filios esse inuuant; operaque patris eorum faciunt, qui interminabiliter cruciantur in ea. S. Laurent. Just. de triumph. c. 10.

Sicut linea consumit pannum, ex quo nata est; & vermis rodit lignum, ex quo natus est: Sic haec onera, quae cor tuum premunt, oriuntur ex propria tua concupiscentia. Stella, p. 1. c. 2. de pace cordis.

Apicula aculeò in manum infixò mortua concidit: Lem. *Mea me vindicta peremit.* Bovius.

Septimum Motivum.

Inimicis ignoscere, fortitudo, victoria.

Ex Veteri.

Ecce dies, de qua locutus est Dominus ad te: ego irradam tibi inimicum tuum, ut facias ei, sicut placuerit in oculis tuis. 1. Reg. 24. 5. Quis talem nactus hostem, non se inflicta plagà, periculò liberaret? Amici importunè proritabant, ad vindictam cogebant; DEUS hostem in praedam concedebat; sed Davidis animus non potuit vinci: custos hostis sui fuit, vindicta abstinuit. *Propitius sit mihi Dominus, nè faciam hanc rem.* v. 7. Dominum meum novi elementia delectari. Licet occidere; sed perfectius erit parcere. Si feriam, ostendam, quid mihi liceat; quid in me possum, si parcam. Naxera in Jos. 9. §. 28.

Psalms decimus septimus habet pro titulo: *In finem pro puero Domini David, qui locutus est Domini verba Cansici hujus in die,* quò

quã eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus, & de manu Saul. Cur non intonat: Canticum, de victoriis contra Goliath, & Philistæos? cur victoriam de Saule specialiter memorat? quia gloriosior hæc fuit; cum eum patiendo devicerit. Sylveira addit, in Evang. Math. 26. q. 6.

Fortitudinem meam ad te custodiam. Pl. 58. 10. Utor fortitudine meã, non ad hostes meos dejectendos, sed ad te placandam. Drexelius Orb. Phaet. c. 55. §. 1.

Invenimus te custodes, - percusserunt me - mox: adiuro vos, - ut nunciis ei, quia amore langueo. Cant. 5. 7. 8. Quasi memorabilem victoriam consecuta, referre sponso jubet: quod percussa, & injuriis affecta, non servet odium in corde, non spirat vindictam; sed, offensam immemor, langueat amore. Alvarez Illustr. 176.

Ex Novo, & Patribus.

Data est mihi omnis potestas. Matth. 28. 18. Quoniam veritè hanc potestatem? *Euntes ergo docete omnes Gentes.* v. 19. Et Lucas ait 24. 52. incepisse Apostolos ab Jerusalem munus suum, exercere ubi plurima passus. Didacus Niss. f. 6. post Cin. §. 5.

Egressus David ex spelunca post illum, liberis deinceps oculis caelum intuens; ac tunc temporis magis exultans, quam cum Goliath dejectisset, & barbari caput amputasset. Siquidem hæc magnificentior erat victoria, hæc magnificentiora spolia, hæc præda illustrior, hoc gloriosius trophæum. S. Chrysof. hom. 2. de David, & Saul. Ibidem manum Davidis, quã percipit Sauli, vocat dexteram totius orbis pretio pacem.

Stephanus, ut nominis sui coronam meruisset accipere, charitatem pro armis habebat; & per ipsam ubique vincebat. S. Fulgentius f. de S. Steph.

Hæc sunt arma justis, ut cedendo vincat. Sicut periti jaculandi, cedentes solent vincere, & fugientes gravioribus sequentem vulnerare ictibus. S. Ambr. Eth. Ch. c. 5. l. 1.

Quando homo paratus est sustinere injurias pro Christo, tunc magis vincit; & hostis incidit in foveam, quam fecit. Hugo Card. in c. 18. Joan.

Obavum Motivum.

Inimicis ignoscere, opus excimium, meritum &c.

Ex Veteri.

Fuerunt ei obviam Angeli DEI. Gen. 32. 1. Cur nunc potius, quam alias, habuit obvios Angelos? S. Ambros. l. 2. de Jacob c. 6. Perfectis, & fidelibus, divina solent esse præsidia: perfectus autem, qui cogitabat de reconciliatione fraterna; ita ut humilitate etiam invitaret, officiis acquireret; muneribus quoque emendam putaverit: cum tamen plures injurias suscepisset à fratre. *Placabo illum muneribus.* v. 20. Paoletti D. 5. Pent.

Vidi faciem tuam, quasi viderim vultum DEI. Gen. 33. 10. Dixit Jacob ad Esau, quia Esau cogitabat de reconciliatione fraterna; & injurias omnes ablata benedictionis, & hereditatis, oblivione sepelivit, species DEI in vultu ejus refulget. Exprimunt Abulensis: quia jam pace perfectã fruebatur. Arcones in li. 2. Disc. 5.

Egressus est David è spelunca 1. Reg. 24. 4. 8. tanta cum gloria, cum quanta tres pueri egressi sunt è camino ardente. Nam quemadmodum illos non exulsi ignis, ita hic non confagravit irã incendiò. S. Chrysof. hom. 2. de David, & Saule. Præfuerat David non belli dux militibus, sed ut Sacerdos: jamque spelunca illa erat Ecclesia. Neque enim aliter, atque aliquis, Episcopi fortius munus, ad illos concionem habebat: ac peractã hæc concione sacrificium obtulit, idque admirabile quoddam: non quidem maculat vitulò, aut occidit agnò; sed, quod his erat multò honorificentius, mansuetudinem, & humanitatem offerens DEO; atque irrationabili animi motu maculat, occiditque iracundiã. Et factus est idem tum victima, tum sacrificus, tum altare. S. Chrysof. tom. 1. l. 2. ib.

Ex Novo.

Liber generationis JESU Christi, filij David, filij Abraham. Matth. 1. 1. Cur hic primò ponuntur David, & Abraham? & expressè illorum filius dicitur Christus? Rupertus l. 4. de victor. Verbi DEI cap. 27. ratio docet, non multò minoris fuisse meriti, peperisse inimico propter DEUM, quam non peperisse unigenito filio. Hoc fecit David inimico suo insensibilissimo, quærenti animam suam, inimico regis; cujus regnum sine dubiò se suscepturum esse sciebat. Ob hanc maxime causam juratum illi esse arbitramur; quoddam semen, & caro ejus, assumenda esset in Filium DEI: quia maxime ista causa facit filios DEI. Bacza c. 1. l. 4. c. 5. §. 3.

Si offers munus tuum &c. Matth. 5. 23. Concordia DEO grata, & nobis utilis. Inter Laban, & Jacob, dissensio orta fuit. Gen. 31. Nihilominus, priusquam sacrificaret, primò litem cum focero componere voluit; & federe prius initò, immolavit. Paoletti D. 5. Pent.

Transfiguratus est &c. Matth. 17. 2. Inter alias rationes, cur cum Christo in Thabor Moyses, & Elias, Hugo Card. hic dat etiam istam: quia uterque oravit pro peccatoribus, & persecutoribus suis. Moyses Num. 12. 13. Elias 3. Reg. 18. 41.

Domine, ne statuas illis hoc peccatum! Et cum hæc dixisset, obdormivit in Domino. Act. 7. 59. Cur non vel pauculas horas superstes fuit tam insigni orationi; sed eodem momentò, & preces DEO. & animam, obtulit? Respon. Videtur Stephanus jam plura, & gloriosiora, facere non potuisse, quantumcumque diutius viveret; quam dum pro inimicis oravit. Quasi hoc solum DEUS ad apicem sancti-

sanctitatis ejus expectasset. Didacus Niss. f. 3. D. 3. Quadr. §. 1.

Ex Patribus, & aliis.

Propter DEUM ista perpeteris, quia scilicet legem ejus audisti. Hoc quò tandem dignò honore pensandum est? quibus diadematis conferendum? Mihi verò magis proveniat; inimicitias sustinere propter DEUM, atque contemni; quam vel à cunctis regibus honorari. S. Chrysof. hom. 18. in Matth. c. 5.

Amor inimicorum omnis est virtutis corona, & vertex. Euthymius in cap. 5. Matth.

Magna virtus est, si non lædas, à quo læsus es: magna gloria; si, cui nocere potuisti, parcas: nobile vindictæ genus est, ignoscere victo. S. Bernard. tr. de inter. dom. c. 43.

Amantem diligere, naturæ est, quæ non est meritoria; non amantem verò diligere, gratiæ est. S. Albertus M. parad. an. c. 1.

Altissimus gradus est charitatis, inimicos beneficiis ad amorem trahere. S. Bonavent. de grad. vict. c. 1.

S. Engelbertus Archi-Ep. Colon. cum in itinere positus ab inimicis suis occideretur: & ille in corde suo diceret: Pater, ignosce illis? revelatum est de eo, quòd ob illam unam actionem, DEO supra modum grata, non solum anima subito ab Angelis in cœlum delata, sed etiam inter Martyres collocata sit. S. S. S. 7. Novemb.

Nonum Motivum.

Inimicis ignoscere est regia virtus In Davide.

Nunc scio, quòd certissimè regnaturus sis, & habiturus in manu tuo regnum Israel. 1. Reg. 24. 21.

Nè ponat, oro, Dominus meus Rex &c. 1. Reg. 25. 25. Unde novit Abigail, David regem fore? an à Samuele? an à fama publica? Putat id Abulensis, & addit: ut eum inclinaret ad clementiam, vocavit regem; quasi virtus hæc regum esset nota genuina. Velloso in Judith. 6. Paræn. 9.

Prohibente David vindictam contra Semei, vocatur Rex. 2. Reg. 16. 10. & ait rex. Dum autem vindictam mandat filio 3. Reg. 2. 8. &c. non dicitur Rex: *dormivus igitur David* v. 10. Rex est, qui parcat hosti. Sylveira in Apoc. 6.

Et ait rex: Quid mihi & vobis filij Sarvia? 2. Reg. 16. 10. Potestatem regiam magis, ac magis adhibuit prohibendo, quam exercendo vindictam. S. Augustin. de Pat. c. 9.

Fesse genuit David regem. David autem Rex. &c. Matth. 1. 5. 6. Nota, quòd bis dicitur David rex; quia bis dormientem Saulen apprehendit, & vivum dimisit. 1. Reg. 24. 4. & 26. 10. Sylveira hic. Cœterorum regum nemo rex vocatur in hac genealogia; solus autem David rex dicitur. Cur? propter tole-

rantiam. Cajetanus in c. 49. Gen. Saul David persequendo, extulit illum.

David sic coronâ redimitus est, sicut thronum ascendit; honesti nominis argumentum gestans, purpurâ ac diademate magnificentius; videlicet, quòd hosti pepercisset; quòd eundem extinctum luxisset. S. Chrysof. hom. 2. de David & Saul.

Continuatio ejusdem argumenti.

Ex Veteri, Novo, & aliis.

Oleum unctionis fundes super caput ejus. Ex. 29. 7. *Sumes de sanguine ejus, & pones super extremum auriculae dexterae &c.* v. 20. Sanguis in auricula signat contumeliam jactam à grege subdito; oleum in capite, patientiam. Hildebertus ep. 51. potestatis cedit ad gloriam, injurias ulcisci nolle, cum possit. Velloso in Judith 7. Par. 41.

Rahab hostibus benefaciens, eos abscondens &c. Jos. 2. 4. non solum vitâ donata est; sed in regiam coopata tribum, Salomoni nupti, Math. 1. 5.

Fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem - & duodecim lunculi stantes super sex gradus. 3. Reg. 10. 18. 20. Non temerè Salomon pacis amans vocatur rex; cum leones sub pedibus habeat: quasi insinuet; se, licet petitem rictu leoninò, adhuc Salomonem pacis studiosum esse. Velloso in Judith 7. Paræn. 41.

Procidens autem servus ille orabat. Matth. 18. 26. Et mox obsequiò humilii veniam impetrat v. 27. *misertus autem Dominus servi illius, dimisit eum.* Id non miror. Abulens. q. 132. Rex, scilicet quia nobilis erat, citò misertus est. Velloso in Judith 3. Paræn. 10.

Domine, vis dicimus &c. Luc. 9. 54. 55. *Nescitis, cujus Spiritus estis.* Inconsequenter me Dominum vocatis, & ad inimicorum excitatis vindictam. Escobar t. 2. Persec. Chr. Obs. 3.

Pater! dimitte illi. Luc. 23. 34. Bene ibi scribitur Rex Christus, ubi savienti contra se indulget Synagoga. Oliva f. 6. Cin.

In capitebus eorum corona aurea. Apoc. 4. 4. An ferrò eorum manus armata? habentes *juguli citharas.* ib. c. 5. 8. Examata regum manus est; nè quid habeant, quò ulciscantur injurias. Natura apicularum regem sine aculeò esse voluit, ait Seneca. l. 1. ad Neron. c. 19. re-lumque detraxit, & iram ejus reliquit inermem; exemplum hoc regibus magnis ingens. Velloso in Judith 7. Paræn. 41.

Habes in vestimento, & in femore suo, scriptum: Rex regum, & Dominus dominantium. Apoc. 19. 16. Nunquam tamen vidi CHRISTI femori affixum accincom. Dices: David ait Psal. 44. 4. *Accingere gladiò tuo super femur tuum potensissime.* Nisi fallor, carebat gladiò; qui, ut eò accingatur, monetur: *accingere.* Erat ergo non accinctus. Nec objicias, prodiisse Filium

Filium hominis Apoc. 1. 16. cum ense inter candelabria, tanta plenum majestatis, ut Joannes ad pedes ejus quasi mortuus corruerit: nam non ultio, sed justitia, hic cernebatur. Secundo gladius non vibratus, sed more erat. Denique nihil majestatis ibi fulgurat. Non enim thronus adest, non Angelia sunt, nemo psallit, aut surgit è subfellis: quæ omnia factitata coram Domino sequentibus capitibus: nam Agnus apparuit. Oliva f. 6. Cin.

Decimum Motivum.

Non ignoscere, ignobile, servile.

Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos. Ex. 32. 10. Potentia suæ, & majestati, ad speciem detrahit, dum restatur se quodammodo devinctum. Ad nostram eruditionem: cum irasci vult, pusilla (sic loqui liceat) quodammodo verba profert, se dimitti petit: quasi à divinitate ad speciem defierit. Tertull. lib. 2. contra Marc. c. 26. Satis & tunc pusillus DEUS, in ipsa etiam ferocia sua, cum, ob vituli adoratum, efferatus in populum, de famulo suo postulat Moyse sine me; & indignatus irâ disperdam illos. Piâ audaciâ pusillum DEUM vocat, cum se ulcisci parat: ut ostendat; in nobis generositate detrahi per ultionis appetitum. Naxera in Jof. 2. §. 21.

Porro Gabaonita non erant de filiis Israel, sed reliquia Amorrhæorum. 2. Reg. 21. 2. Injuriosè tractaverat Saul Gabaonitas contra jusjurandum, quod præliterat eis. Jof. 9. 20. 15. propter quod ira DEI descendit super Israel 2. Reg. 21. 1. cum jam David sceptrum teneret; ut Numen placaret, vocatis Gabaonitis ait v. 3. *quid faciam vobis? & quod erit vestrum piaculum, ut benedicatis hereditati Domini?* Cui responderunt Gabaonitæ: contra filios Israel non incendimur irâ, sed contra domum Saul, qui nos oppressit iniquè: quam obrem dentur nobis septem viri de filiis ejus, ut crucifigamus eos Domino. Sed nota, quod de iis dicitur v. 2. *porro Gabaonita non erant de filiis Israel &c.* q. d. erant vilissimi de populo. Lyran. hic: Si Gabaonitæ fuissent de filiis Israel, fuissent magis misericordes; & indulgisissent factum Saulis contra eos. De Castillo Illat. 53.

Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Pl. 51. 3. Gloriaris, quia potens es in malo? ô potens! quid facturus es? multum te jactas, occisurus hominem. Hoc & scorpium, hoc & una febris, hoc & fungus malus. Hucine redacta est potentia tua; ut malo fungo coæquetur? Oliva conc. 7. die Ven. 4. in Quadrag.

Serve nequam. Matth. 18. 32. Servus omnino erat, qui conservum manu in gulam injectâ premebat, cum solvendo non esset; eaque notâ rex eum fecit: *serve nequam.* Nazianz. or. 17. animi etiam inductione servus erat. Id animi vitium turpi servo princeps objicit *serve nequam.* Velloso in Judith. 2. Paræn. 14.

Polyanth. Sacr. Tom. 1.

Qui impetu rapitur ad contumeliam, nonne scorpium est? qui præceps ad vindictam, ultionemque fertur; nonne est vipera gravissima: S. Gregor. Nyss. or. 1. in illud: *faciamus hominem.*

Vide plura tit. Ira. Passiones.

Undecimum Motivum.

Ignoscere est quid divinum.

Totus autem mons Sinai fumabat. Ex. 19. 18. Cùm DEUS Legem Hebræis daturus descenderet in montem, sic nube densâ operitur, ut Moyse non posset agnoscere. At Christus in Thabor non absconditur. Matth. 17. 2. *resplenduit facies ejus sicut Sol.* Lucas c. 9. 3. addit: *& dicebans excessum ejus &c.* Personat tunc Patris vox: *hic est filius meus.* Cur DEUS olim sic nube opertus; Christus autem in Thabor ab ipso Patre revelatur? quia excessus objiciebatur, quem completurus erat in Jerusalem: ut inimicos peccatores Patri reconciliaret. Quia inimicis benefacere, non ex quo capite est homo quodammodo profuit; sed ex Deitate. Escobar tr. 3. Colloq. Chr. l. 7. obs. 1.

Patrisne est aliquis, qui remanserit de domo Saul, ut faciam cum eo misericordiam propter Jonatham? 2. Reg. 9. 1. quærit David, extincto Saul, & Jonathâ. Mox addit: *nunquid superest aliquis de domo Saul, ut faciam cum eo misericordiam DEI?* v. 3. Cùm asserit, se propter Jonatham misericordiam facturum, non addit, *misericordiam DEI;* sed tantum, *ut faciam cum eo misericordiam.* At cùm immemor Jonathæ, adjicit *misericordiam DEI.* Quare? quia quasi hominis misericordia est, bonum pro bono reddere; at bonum pro malo exhibere, DEI optimi misericordia est. Audiens Centurio Christum pro Crucifixoribus orare: *Pater ignosce illis!* inquit: *verè hic homo Filius DEI erat.* Marci 15. 39. Escobar tract. 2. Perfec. Chr. Obs. 8.

Pro eo, ut me diligerent, detrahebant mihi; ego autem orabam. Pl. 108. 4. S. Augustinus hic: non quidem dicebat, quid orabat. Sed quid melius intelligere debemus, quam pro eis ipsis de Cruce ille dixit: *Pater ignosce illis.* Itâ ille. Sed cur ipse David hoc verbum non exprimit? tam sublime verbum à nullo alio ore erat immediatè evulgandum, nisi ab ipso met ore divino. Sylveira in Matth. 5.

Paulus Apostolus, non ab hominibus, neque per hominem; sed per Jesum Christum, & DEUM Patrem. Gal. 1. 1. Christus existens in gloria sui Patris ad Apostolatam vocavit Paulum. Sed cur non ait, se vocatum ab homine; cùm Christus etiam verus homo sit? Tanta beneficentia, & dilectio, in persecutorem, & hostem, prædicabat gloriam infinitæ bonitatis: ut solius divinitatis videretur opus, humanæ naturæ limites excedens. Idem ibid.

Si oderis scelera, si injuriarum memoriam deleveris; si hesternas simulates, & inimicitias, oblivione voluntariâ deposueris; si fratrem amore, benevolentia, benignitate,

misericiadiā, complexus fueris; DEO similis evades. S. Gregor. Nyss. or. 1. in illud, faciamus hominem.

Qui læsus injuriā; eam non ulcisci, divinum id opus existimo. Isidor. Pelus. lib. 5. ep. 232.

Diligere inimicos, magis divinum est, quàm humanum. S. Bernardus lib. de Pass. D. cap. 11.

Duodecimum Motivum.

Simile priori. Facit, & probat, filium DEI.

Filium DEI se nominat - conumeliā, & tormento, interrogemus eum. Sap. 2. 13. 19. Dilectio inimicorum, lydius lapis est, ad dignoscendos filios DEI. Incert. Auth.

Pater dimitte illis. Luc. 23. 34. In monte Thabor ait Pater: *hic est Filius meus dilectus.* In cruce de eo tacet: quia pro persecutoribus orabat. Paternò non eget testimoniò, ut verè credatur Filius DEI. De Castillo Illat. 127.

Pater dimitte, Luc. 23. Cum pro inimicis orat, non DEUM, ut Math. 27. 46. **DEUS meus &c.** sed Patrem vocat: quia tunc maximè se declarat Filium æterni sui Patris. Sylveira hic.

Diligite inimicos vestros misericorditer; & hac solâ dilectione supplete omnia, quæ mandavi, ut sitis filij Patris vestri. S. Paschasius l. 3. in Math.

Decimum tertium Motivum.

Inimicos beneficiis facies amicos.

Si esuriseris inimicum tuum &c. Prov. 25. 21. Multam videri potest repugnare illi sententiæ, quâ Dominus præcepit, ut diligamus inimicos nostros. Quomodo enim quisque diligit eum, cui propterea cibum, & potum dat, ut carbones ignis congerat super caput ejus, si carbones ignis hic aliquam gravem poenam significant? Quapropter intelligendum est, ad hoc dictum esse; ut eum, qui nos læserit, provocemus ad poenitentiam facti sui, cum ei nos beneficemus. S. August. in ep. ad Rom. Exposit. 71. Quando inimicis nostris præbemus beneficia, malitiam eorum nostrâ bonitate superamus; & mollimus duritiam; iratumque animum ad molliem, & benevolentiam, flectimus: atque ita congregamus carbones super capita eorum. S. Hieron. ep. 150. Hebidia.

In funiculis Adam traham eos. Os. 11. 4. Vera ratio vincendi hostem est, cum vincere amore, & beneficiis. Cornelius hic.

Decimum quartum Motivum.

Remittenti fit remissio.

Ex Veteri, & Novo.

Dimittite eum, ut maledicat. 2. Reg. 16. 10. Cum Semei vehementer Davidem execraretur, dixit David: *dimittite eum;* ut DEUS respiceret humilitatem ejus: sciebat enim, quòd remittenti DEUS remittat. S. Cyrillus Jeros. Catech. 2.

Qui vindicari vult, a Domino inveniet vindictam. Eccl. 28. 1. Talem unusquisque indulgentiam accipiet à Domino, qualem fecerit proximo. S. August. t. 5. in Joan.

Sicut & nos dimittimus. Math. 6. 12. Notandum: nè aliis dimittere debita difficile videatur. Quòd si omnia male, quæ ab hominibus ad alterutrum possent inferri, conflarentur in unum; à minima DEI offensa compositione vincerentur. Et nos audemus à Patre remissionem magnorum scelerum postulare; debitoribus verò nostris modica relaxare cunctamur? Simon Cass. l. 10. c. 32.

In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Math. 7. 2. Ignofcis; & ignofco. Est apud te mensura veniæ dandæ; invenies apud me mensuram veniæ accipiendæ. S. Augustin. in Ps. 143.

Sed usq. septuagies septies. Math. 18. 22. Id est, toties, quoties te offendit: nam toties oportet nos proximo in nos peccanti remittere, quoties volumus nobis peccantibus à DEO ignofci: à quo utique volumus nobis indelenter ignofci, quotiescumque peccamus. Aliter non possemus jugiter dicere: *dimittite vobis debita nostra &c.* Dionys. Carthus. hic.

Nonne ergo oportuit & te misereri. Math. 18. 33. Inexpiables est iniquitas apud DEUM, si non misereamur DEUM, ac propij fuerimus; prout querimus DEUM nobis habere propitium. Simon Cass. l. 6. c. 17.

Ex Patribus, & aliis.

In potestate nostra est, qualiter in die judicij judicemur. Sanct. Augustinus lib. 50. hom. 6.

Sub lege gratiæ extitisse quempiam ab irapurum, & inimicis delicta condonantem; ac parcentem iis, à quibus fuerit molestâ affectus; nihil sanè mirum. Videlicet post Christi mortem; posteaquam ille nobis tam clementer omnia peccata remisit. S. Chrylost. tom. 1. f. de David & Saule.

Non est possibile, quòd homo, qui dimiserit proximo, non plenam remissionem assequatur. Incomparabiliter magis misericors est DEUS, quàm nos. S. Chrylost. hom. 36. in Acta.

Homo, si sinè peccatò esse non potes; & vis semper tibi dimitti peccatum; & dimitte semper. Quantum vis tibi dimitti, dimitte tantum. Quoties vis tibi dimitti, toties tu dimitte. S. Chrylogolus f. 67.

Nihil propius est ad obtinendam remissionem peccatorum à DEO, quàm parere inimicis. S. Vincent. Ferr. serm. 2. infra Octav. S. Domini.

Decimum quintum Motivum.

Passio Christi.

Paulus vincitum JESU CHRISTI. Philem. v. 9. Scribit Paulus ad suum discipulum Philemonem; cujus servus Onesimus, factò furtò, Romam fugiens incidit in Paulum, qui

qui erat in vinculis: à quo cum esset baptizatus, ei dat Paulus epistolam ad Philemonem, ut feruum in gratiam suam recipiat. Quod ut persuadeat, multa poterat proferre; nullò tamen aliò titulò preces suas adornat, nisi suis vinculis: *Paulum vincitum &c.* S. Chrysof. hom. 2. hic: quod omnibus iustis, potentiùsque persuadeat: quoniam vincitum JESU ego sum. Quantò potentius argumentum persuadendi, ut homines dimittant inimicis, ob vincula, dolores, sanguinem, mortem, Christi JESU. Sylveira in Act. c. 16. q. 11.

Vidisti DEUM hominem fieri, & eo usque pro tua descendente salute, tantaque propter te esse perpeffum. Et adhuc inquiris, & dubitas, quemadmodum possibile fit injurias donare conservis. S. Chrysof. hom. 18. in Matth. c. 5.

Circa annum Christi 1200. miles militis patrem occiderat. Casu accidit, ut occisi filius occisorem caperet: quem cum in ultionem extractò gladio trucidare vellet, ille prostratus rogat: per honorem sanctissimæ Crucis, in qua DEUS pendens miserus est mundi, miseraris mei! Pepercit, osculatus est, & amicus factus. Non multò post idem miles mare transiens, in Ecclesiam Domini sepulchri alii commixtus cum intraret, imago Crucifixi profundè se illi inclinavit. Mirantibus de tanto honore factum suum recolens illud retulit. Sandæus Centur. 7. parad. amat. Crucifix.

Decimum sextum Motivum.

Memoria mortis, Judicij.

Memento novissimorum, & desine inimicari. Eccl. 28. 6. Nimirum qui cogitat, se per vindictam amissurum æternam felicitatem, per condonationem eam adepturum; facile eam condonabit. Planè deponet futorem, qui furorẽ DEI in morte, judicio, & inferno, novit explicandum, & in non remittentem effundendum. Planè mors attentius considerata, mortem affert affectionibus nostris, quantumvis vivæ, & vigentes, sint. Cornelius hic.

Esto consensiens adversario tuo citò. Matth. 5. 25. Id est, concordiam fac cum eo, quem læsisti, velociter: quia periculum est in mora; cum ignores diem, & horam. Dionys. Carth. hic.

Varia alia motiva.

Ex Veteri, Patribus, & Aliis.

Vocavit, nomen ejus Moyses, dicens: quia de aqua tuis cum. Ex. 2. 10. Qui filius est baptisimi, & qualis Moyses ex aquis, idem

hoc nomine tenetur abdicare à se omne venenum iræ, odij, & inimicitia. Nam, ut ait S. Ambrosius l. 6. hexam. c. 2. noxia in terris, in aqua innoxia sunt, atque ipsi angues sine venenò: leo terribilis in terris; dulcis in fluctibus. Quando ergo nos Christiani aquarum filij sumus, renati ex aqua; quid mirum, quòd Christus dicat: *diligite inimicos vestros.* Didacus Niss. f. 6. post Cin.

Omnis injuria, seu linguâ, seu manu in cussa, cum patientiam offenderit; eòdem exitu dispungetur, quò telum aliquod in petra constantissimæ duritiæ libratum, & obtusum. Tertulian. l. de Pat.

Idcirco quis te læsit, ut doleas: quia fructus lædentis in dolore læsi est. Ergo cum fructum ejus everteris non dolendo, ipsi doleat necesse est amissione fructus sui. Id. ibid.

Amicos diligere, omnium est; inimicos autem solorum Christianorum. Idem. lib. ad Scapulam.

Inimicitiam in aqua oportet scribere, ut quamprimum obliteretur. Isid. Pelusota l. 1. ep. 215.

Si commune est omnibus, etiam peccatoribus, redamare; cui genus professionis excelsius, studium quoque virtutis debet esse uberius, ut diligat etiam non amantes? S. Ambros. l. 5. in Luc. Et si diligitis eos &c.

Odire naturæ consimilem, & consortem, nulla potest causa subesse; quanquam adverteatur, quanquam multa mala conetur inferre. Neque derogandum est bonæ naturæ pro vitio; quò paratò non definit esse homo, qui fecit; nec illam perdidit imaginem, quam unà tecum, dum crearetur, accepit. Simon Cassian. lib. 10. c. 23.

Miscellanea de Inimicis.

Obsignavit Rex annulò suo lapidem, quò os læci clauderetur. Dan. 6. 17. Ita legit S. Hieron. nè quid contra Danielem moliantur inimici. Credit enim eum DEI potentia: &, qui de leonibus securus est, de hominibus pertimescit. S. Hieron. l. 1. in Matth.

Qui cum DEO pacificus est, nullius inimicitiam metuit: tutus enim est in protectione, & misericordiâ DEI; quæ promissa est, & manet super Israel DEI. S. Ambros. in ep. ad Gal. cap. 6.

Laqueus adversarij est sermo noster; sed etiam ipse non minus adversarius est nobis. Id. Eth. Chr. l. 1. c. 4.

Nè te ipsum læseris, ô homo: neque amicus, neque inimicus, nè ipse quidem diabolus, poterit te lædere. S. Chrysof. hom. 3. de David & Saul.

⦿ (⦿)

TITULUS XI. INJURIÆ.

§. I.

DEUS nostras pro suis vindicat.

Ubi est Abel frater tuus? Gen. 4. 9. Cain, & Abel, obtulerunt DEO de facultatibus suis; sic tamen, ut Abel meliora, deteriora Cain. Acceptavit DEUS munera Abel, Caini verò ne respexit quidem. hinc ejus invidia, & mors Abelis. Duo hic in uno facto peccata erant; primò rectà DEUM petebat, secundò fratrem. Primum dissimulavit; de secundo austerus inquisitor interrogat: *ubi est &c.* rationem abs te volo illius, cujus sanguis innoxius magnis vocibus justitiæ meæ tribunal appellat. *Nunc maledictus eris super terram.* Didacus Niss. D. 5. Quadr. §. 7.

Maledictus eris super terram dicitur Caino. Adæ verò, qui in DEUM peccavit. *Maledicta terra in opere tuo.* Gen. 3. 17.

Egyptus triduanis tenebris vindicatur. Ex. 10. 22. quia hic populus oppressus fuit: Christi verò mors tantum triduanis. Matth. 27. 45.

Vos depasti estis vineam; & rapina pauperis in domo vestra. Il. 3. 14. DEUS, cum multa crimina posset objicere Israelitis, quæ in ipsum DEUM patrarent; tamen non objecit, nisi quæ hominibus facta. Mendoza in 1. Reg. 11. vers. 6.

Flamma erupit, & incendit, quos reperit iuxta fornacem. Dan 3. 48. Qui, ut ait Hector Pintus, forsitan erant, qui acculaverunt sanctos pueros. Mirum! ignis non devoravit illos ob horribile idololatriæ crimen; sed ob odium, & injuriam in sanctos. Plus alienam, quam propriam vindicat injuriam. Sylveira in Act. 13. q. 6.

Iratus, & addidit eum tortoribus. Matth. 18. 34. Liberaliter servo decem millia Dominus condonavit: cum verò ille conservo suo pauculi debiti gratiam facere noluit; illum carceri addidit. S. Chrysol. hom. 26. in Gen. magna quidem, & ineffabilis, misericordia! cum in se peccatum est, ad nudas tantum preces totum remittit: cum autem in conservum, ut in crudelem, & inhumanum, suam revocat liberalitatem.

Serve nequam. ib. DEUS ad injurias suas agnus est, ad nostras leo. Didac. Niss. D. 21. Pent. §. 3.

Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt DEI, DEO. Matth. 22. 21. Satius dixisse videtur: reddite, quæ sunt Dei, Deo; & quæ sunt Cæsaris, Cæsari. Voluit docere; quòd cum dere sua, simulque Cæsaris, agitur; quòd primùm Cæsari; post illum sibi, satisfieri velit. Id. D. 5. Quadr. §. 7.

Hic si eses propheta &c. Luc. 7. 39. quibus verbis non solum mulierem notavit Pharisæus, sed Christi etiam honorem. Et tamen pro

sola Magdalena respondet, sui immemor. Didacus Niss. D. 5. Quadr. §. 7.

Saule, Saule, cur me persequeris. Act. 9. 5. Cruci affixus, flagellatus &c. sicut, nec tortoribus verbum dixit; nec verò de celo expollulat injurias suis illatas. Stella in Luc. 7. v. 40.

Sæpe mos est DEO, ut dimittat, quæ in se peccata fuerint; verum quæ in proximum, ea maximà exquirat severitate. S. Chrysol. hom. 26. in Gen. apud Segneri ferm. 3. die Ven. post Cineres.

§. II.

Injurias Dei pro tuis senti, & vindica.

Num. I.

Id egit Christus.

Vade Sathana. Matth. 4. 10. Author Imp. hom. 5. In prima, & secunda, tentatione Christus passus est tentationis injuriam, non est exasperatus; nec in increpationem, vel abjectionem ejus, est excitatus; sed sustinuit, & misis permansit: nunc autem, quando diabolus DEI sibi præsumpsit honorem, ac adorationem; exasperatus, & iratus est, & à se repulit. Ut nos illius exemplò discamus, nostras quidem injurias illatas ab impiis, sive in dicto; sive in facto, magnanimiter sustinere; DEI autem injurias, & contemptum, nec usque ad auditum sufferre: quoniam in propriis injuriis esse quæpiam patientem, laudabile est; injurias autem DEI dissimulare, nimis impium. Irascitur demoni Dominus, quando videt illum, quæ DEI sunt, sibi vendicantem. Theophylactus.

Cum fecisset quasi flagellum. Joan. 2. 15. Cur Christus hic adeo severus, alibi mitis? Samaritanus, & demonium habens, vocatus; nihil tale fecit &c. In aliis actionibus peculiariter CHRISTO Domino irrogabatur injuria; hic autem totus contemptus in DEUM erat; cum domus ejus domus negotiationis fieret. Sylveira hic. q. 8.

Vide simile exemplum Luc. 9. 54.

Num. II.

Alia Exempla, & motiva.

Ejice ancillam hanc, & filium ejus. Gen. 21. 10. Agar concepisse se videns, despectit dominam suam. Gen. 16. 4. Sara sapiens pauperum commota est ob ingratum Egyptiæ animum; & agendo cum illa paulò severius conabatur ad ancillæ conditionem reducere. Sed dum post complures annos advertit, tum illam, tum filium Ismaelem, polluere domum Abrahæ superstitionibus Gen. 21. sic exarsit, ut illam nec in domo passa sit, neque ad limites agrorum suorum. Nos, quorum gratiæ æternum Verbum induit carnem, congelascemus inter domesticorum iniquitates? feremus conculari ab iis tabulis Legis? Sacramenta sperni? quæso, afficiamur magis

magis Dei offensis; & minus privatas injurias sentiamus. Oliva t. 2. conc. 23. die Sanct. Lucia.

Tunc Tobias ingemuit. Tob. 3. 1. En tibi, cœcitas non turbavit Tobiam; sed conturbavit calumnia uxoris: magis enim offensa Dei, quam injuria propria, eum cruciabat. Cornelius hic.

Tremor, & horror, invasit sensus eorum, nè hoc faceret Jerusalem, & templo Domini. Judith 4. 2. Nihil aequè torquet pios animos, ac injuria rerum sacrarum. Ea fortuna occurrit in primis, & lacrimas expulit pio vati Pl. 78. 1. *Deus! venerunt Genes in hereditatem suam.* Theodoretus: sapienter preces exortiri docuit: non enim sua mala primùm narrat; sed impietatem in divinum templum. Velloso hic Paræm. 16.

Quasi una de stultis mulieribus locuta es: Job. 2. 10. Lyran: Vir sanctus, quamvis afflictiones proprias patienter sustinuit; tamen injuriam Dei, absque reprehensione, sustinere non potuit: quia injuriæ propriae sunt tolerandæ; divinæ autem vindicandæ. Sic laudabilis iracundiâ dicuntur excanduisse Moyse in idololatrias Ep 32. 19. Phinees in fortantes Num. 25. 7. Samuel in Agag regem 1. Reg. 15. 33. Elias in Sacerdotes Baal 3. Reg. 18. 40.

Plorabit, & flebitis vos. Joan. 16. 20. Veri Christi discipuli plus cruciantur in animo ex corruptis hominum moribus, quam si quæque flagella in proprijs corporibus paterentur. Major plorandi causa, quod convitiâ jaculabantur in Christum; quam ex his, quæ in proprijs corporibus tolerabant. Simon Cass. l. 12. c. 14.

Num. III.

Injuria Dei minus zelantur.

Nunc super omnia adversarios nostros immortali odio persequimur; blasphemantibus Deum clementem porrigimus manum. S. Hier. ep. 61. ad Pamm.

Sunt plerique, quod valde absurdum est, faciles ad remittendam injuriam Dei; difficiles, & tardi, ad donandam injuriam suam. Nimirum hoc potius bene constituti, & bene eruditi animi est; quod facilis sit, & promptus, ad remittendam injuriam sui, tardior autem ad donandam injuriam Dei. S. Rupertus l. 1. in Levit. c. 42.

Cum injurias nostras ipsi ulciscimur, modum quoque in ulciscendo excedimus: cum verò vel de divina gloria vel de ipsius affectu, ut nos inter, & saxa, interfit nihil. S. Ildor, Pelus. l. 2. ep. 239.

Vide tit. Honor Dei.

§. III.

Injuriam proximo non infer, nec inferri patere.

Clamor Sodomorum, Gomorrhæ, multiplicatus est. Gen. 18. 20. S. Chrysothom 42. in Gen. multas injurias, quas commiserunt, demonstravit: & surrexerunt potentiores, ditioresque, contra pauperes. Proinde, inquit, non solum erat magnus planctus clamoris; sed & peccata eorum non vulgaria fuisse, sed magna.

Quare percussit proximum tuum? Ex. 2. 13. Ex hoc facto rectè conjecturat S. Chrysothomus Moylen magnum futurum principem, quod injuriato opem ferret. Sylveira in act. 7.

Iratus - David - dixit ad Nathan. 2. Reg. 12. 5. Non indignatur David contra suum hostem Saul, non contra Semei, non contra Absolon; sed contra oppressorem pauperis. Sylveira in Act. 7.

Servate mihi puerum Absolon. 2. Reg. 18. 5. Sic in terra David præcipiebat; sed in cœlo aliud statuit divina justitia in tot culparum reum. Oliva tit. 2. conc. 15.

TITULUS XII. INNOCENTIA.

§. I.

Figuræ, Similitudines.

Invenit scyphum in sacco Benjamin. Gen. 44. 12. Per Bejamini intelliguntur hic innocentes; quos Dominus tenerius diligit: & ideo potius arguit hic, ut puriores sint. Hugo Card hic.

Deseret agnum annisulum. Levit. 12. 6. In agno significatur innocentia. S. Bonav. l. 2. D. 2. Epiph.

Filius unius anni erat Saul. 1. Reg. 13. 1. Non ætate, sed probitate, ut interpretatur Greg., Hier., August., Rupertus, Theodoretus. Sæpe in factis literis Innocentia per pueritiam indicatur. Mendoza hic.

Nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli. Matth. 18. 3. S. Hier. non præcipitur Apostolis, ut ætatem habeant parvulorum; sed innocentiam: & quod illi per annos possident, hi possideant per industriam: ut malitia non sapientiâ, parvuli sint.

Non habens vestem nuptialem. Matth. 22. 12. Nuptialis vestis est Innocentia; etsi non custodita, saltè recuperata. Et est illa pristola, quæ prodigio filio revertenti jubetur exhiberi à patre. Simon Cass. l. 6. c. 24.

Inductum veste albâ. Luc. 23. 11. Alba vestis insinuat Innocentiam patientis. Id. l. 13.

•§(O)§•

Aaa aa 3 §. II. In.

§. II.

Innocentia defentitur à Deo.

Exempla S. Scripturæ.

Quare ergo non rimuisti detrabere ser-
uo meo? Num. 12. 8. Abulens. q. 15.
tam mitis erat, ut non responderet offendenti-
bus se: ideoque DEUS respondit pro
Moysè.

Hic est Filius meus dilectus. Matth. 3.
17. S. Cyprianus de bapt. Chr. huculque, Do-
minè Sancte Pater, non audivimus, te loquen-
tem; qui multifariam olim Patribus locutus es
in Prophetis. Miratus S. Cyprianus, Patrem
usque ad Jordanem tacuisse, & ibi vocat Filium
sibi consubstantialem; ut per divinam filiationem
omnibus innotescat Christi innocentia, &
sanctitas. Item Spiritus S. qui veritatis Spiritus
est, in columbæ, specie descendit: ut suspi-
cio, quàm homines de Christi innocentia ha-
bere possent, penitus aboleatur. de Castillo
Illat. 211.

Et respondens Jesus dixit ad illum.
Luc. 7. 40. Vide prerogativam Mariæ, quem
in omni causâ habet advocatum. Indigna-
tur Phariseus, conqueritur foror, & etiam di-
scipuli murmurant. Ubique Maria tacet; &
pro ea loquitur Christus. S. Bernardus l. 3. de
assume.

Exempla Historica.

Mater S. Eduardi Conf. Regis Angliæ, Emma
in crimen eum Episcopo adducta, super igni-
tos vomeres illæsa transit. Vocabatur, hæc
proba Ordalium. Rex in satisfactionem ab E-
piscopo, & matre, se flagellari fecit. Bolland,
5. Januar.

S. Agatha Hildegardis Palatina, Carinthio
Paulo Hildegardo Comiti nupta fuit. Hic no-
ste quædam in vicinis sylvis venando transactâ,
dum sub ortum solis villam pertransit, ancillam
conspicatus, vaccas mulgentem, ex ea qua-
rit: qui domina habeat? respondet: agit,
quod impudicæ solent virò absente, noctes totas
adulteris obsequi. Irâ percitus comes arcem
ascendit, accedit ad cubiculi fores, eas pulsât;
& quia non illicò recludebantur, (seu necdum
thalamo surrexerat Hildegardis, seu certè pietati
vacabat) perfringit, ac conjugem criminibus cor-
reptam conculcat; ac demum de fenestra in ab-
ruptissimum præcipitium jactat; unaque ancil-
lam Dorothæam, nequicquam heræ innocen-
tiam attestante. Iverè ambæ præcipites, sed
innocæ, angelorum ministerio inter prærupta
petrarum locatæ, & suavissimò concentu recre-
atæ. Id ubi è fenestra comes conspexit, pri-
mùm ludi sibi inani specie oculos ratus; dein,
ut verè incolumes esse perspexit, ad sumendam
de accusatrice vindictam prosiliit. Verùm jam
illa graves Deo solverat pœnas: nam non ipsa
solum; sed & vacca, mulctrum, sedile, lac
quoque, eòdem omnia, quò prius situ, figu-
rà, colore, in saxa penitus induruerant. Percul-

sus Comes supplicii novitate, dum infon-
tes ex inaccessis rupibus, ubi confidebant, quò pa-
stò eripiat, circumspicit; subito ferri eas ultra
Dravum animadvertit, ingenti splendore corul-
cantes. Ipse quoque in pœnam sceleris sui visu
orbatus est. Locum, in quem dejecta fuit,
ornant rosæ, & lilia, æstate è rupibus sponte sua
enatæ, velut humanò cultu plantatæ. Bolland,
5. Febr.

§. III.

Innocentia vincit, proditur.

Justus, quasi leo confidens, absq; terrore.
Jru. Prov. 28. 1.

*Quæ est ista, quæ ascendit per desertum,
sicut virgula sumi ex aromatibus myr-
ba, & thuris.* Cant. 3. 6. Non thus est
virginitas; sed compacta è thure virga: illud
enim si non uratur potest non sentiri:
fumigantem verò ex aromatibus virgam quis
itâ premat, quin fragret? Oliva Dom. 2.
Quadr.

*Bellabunt adversum te, & non prava-
lebunt.* Jerem. 1. 19.

*Suscitavit Dominus Spiritum Sanctum
pueri junioris, cujus nomen Daniel.* c. 13. 45.
Totus populus Israël condemnat Sulannam, ut
foedatam turpi crimine. & quis impetum cohi-
beat? quis? unius pueri vox pro veritate, &
justitia. Nota: nunquam Daniel dicitur puer,
nisi modò. Necdum explicat somnia Nabu-
chodonosor, aut visionem Balthasar, vel cum
inter leones mittitur: sed modò veritatem, &
justitiam, defendens. Ut Spiritus S. doceat:
quòd contra totum populum unus puer suffici-
ens sit, ad justitiam, veritatemque defendendam.
Sylveira in act. 4.

Resplenduit facies ejus sicut Sol. Matth.
17. 2. Innocentis, residentis in mente, proles
est nitor; qui oris habitu, verbisque proferitur.
Cælum sole collustratum, licet vaporibus inte-
gatur, diem tamen per obstantes nebulas Sol
transmittit. At si sole destituatur, licet inau-
meris se sideribus comat, noctem circumferet.
Non itâ virtus atrari potest; quin candicet, suo-
que se, & colore prodar, & odore. *Sapientia
hominis lucet in vultu ejus.* Ecclæ. 8. 1.
Oliva D. 2. Quadr.

*Insuentes eum omnes - viderunt faci-
em ejus tanquam faciem Angeli.* Act. 6.
15. Trahebatur in jus Stephanus, non ut diem
diceret; sed ut noctem perferret accusationis
terribilæ. Quid in tanta injuriarum caligine
superfic luminis innocenti quidem, sed damna-
to? tantum, ut major seipso appareat. *Insuen-
tes &c.* Erupit in frontem, & genas, nitor, qui
gliscebatur in corde. Id. ib.

Utq; homicida est homo hic. Act. 23. 4.
Dicebant barbari, viperâ invadente manum
Pauli. Sed videntes, nihil mali inde fieri; di-
cebant eum esse Deum. Tibicen anguis est
jubente Deo innocentia latentis in Paulo: fuit
illi pro pharmaco toxicum. Et sicut fuit Jonæ
cetis

cetus pro cymba ; ita Paulo serpens pro patrono. Oliva ib.

Gaude innocentia, & exulta ! gaude, inquam, quia ubique illa es, ubique secara. Si tentaris, proficis; si humilioris, erigeris; si pugnas, vincis; si occideris, coronaris. Tu in servitute libera es, in periculo tuta, in custodia lata. Sanctus Chryostomus s. de Joseph.

Nunquam absconditur, quem prodiderit innocentia. Ennodius In Panegyrico dicto Theodorico regi.

Vide Tit. Silentium.

§. IV.

Innocentiam custodiendi motiva.

Custodi innocentiam. Pl. 36. 37. Tene, quomodo, cum avarus esses, facellum tenebas. Quomodo tenebas facellum, ne tibi extorqueretur a fure: sic custodi innocentiam, ne tibi extorqueatur a diabolo. Sanctus Augustinus hic.

Ascendente eo in naviculam. Matth. 8. 23. id est, baptismum. Haec aqua baptismalis innocentiam facit naufragia, & rumpitur impingendo in rupem peccatorum mortalium; scilicet vento diabolicarum tentationum, seu periculis occasionum mundanarum; in tantum,

quod tot sint pericula in mari hujus Mundi, quod e decem millium non transfretat una cum ista navi innocentiae baptismalis, quin peccet mortaliter. Sanctus Vincentius Ferr. s. in die Cin.

Qui - vicerit. Apoc. 3. 5. id est, innocentiam baptismalem servaverit; vel, poenitentiam egerit, in eaque perseveraverit. Sylveira hic.

Nihil sancta, & singularis, illa Majestas, aliud ab homine desiderat; quam solam innocentiam: quam si quis Deo obtulerit, satis pie, satis religiosè, litavit. Lactantius lib. 6. instit. div.

Miscellanea.

Esse jam inter nocentes innoxium, crimen est: malos, quisquis non imitatur, offendit. Consensere jura peccatis; & coepit licitum esse, quod publicum est. Sanctus Cyprianus ep. 2.

Innocentia cordis est, de nemine male sentire, neminem judicare, & mala de nemine cogitare. Est innocentia ori, nulli detrahere, nulli maledicere, & a veritate nunquam recedere. Est autem innocentia operis, laedere, nulli nocere. Sanctus Bonavent. s. 20. de Innocentibus.

TITULUS XIII.

INSPIRATIONES
DIVINÆ.

§. I.

Figure, Symbola.

Vix Isaac sermonem expleverat. Gen. 27. 30. & egresso Jacob foras, venit Esau. Dum verbò illò vix temporis notatur brevis, promptæ obedientiæ felicitas proditur. Si Jacob matris inspirationi parere distulisset; primogenituræ, benedictionisque, gloriam indubiè amisset; mansissetque Esau servus. Rebecca divinæ inspirationis figura. Naxera in Jos. 24. §. 19.

Ascendit fumus de naribus ejus. 2. Reg. 22. 9. id est, lacrymosa compunctio poenitentium inspiratione ejus. Nares Dei inspiratio ejus in corde Fidelium. S. Anselmus lib. de vestim. membr. & actibus Deo attributis.

Osculetur me. Cant. 1. 1. Osculetur nos Deus Verbum; quando cor nostrum, & ipsum principale hominis, spiritu divinæ cognitionis illuminat. S. Ambr. l. de Isaac & anima c. 3. Os sponsi, inspiratio Christi. Osculum oris, dulcis amor inspirationis. S. Greg. hic.

Vox dilecti mei pulsantis: aperi mibi foror mea. Cant. 5. 2. Strabus: sto ad ostium, id est, inspiro. Anselmus: sto ad ostium, id

est, cor clausum, vel induratum. Quid tibi fili Dei cum peccatorum habitaculo? & rogas, & cupis, ut aperiant? in platea Dominus? noctu celestis vagatur sponsus? S. Aug. l. 4. Confess. c. 11. noli esse vana anima mea, & obliuiscere. Verbum ipsum clamat; & ibi est locus quietis imperturbabilis. Escobar t. 6. Parab. Chr. Obf. 6.

Ego sto ad ostium, & pulso. Cant. 5. 2. Apoc. 3. 20. Pulsat Dominus, quando, quæ bona sunt, vel per doctrinam docet, vel occultâ inspiratione Sanctorum corda ad beneficiendum instigat. Tunc ostium ei aperitur, quando ea, quæ præcepit, implentur. Sanctus Justus Orgel. hic.

Adolescens, tibi dico, surge. Luc. 7. 14. Hoc quotidie dicit Dominus unicuique peccatori: surge, qui hæcenus jacuisti in vitijs; surge ad poenitentiam agendam. Haymo D. 16. Trinit.

Lazare veni foras. Joan. 11. 43. Hæ vox Filij Dei signat magnam gratiam illius, quæ vocat peccatorem interius, per occultam inspirationem dicens: *veni foras*, id est, confitere peccata tua Sacerdoti. Idem hom. in Octava Pasch.

Sio

Suo ad ostium, & pulso. Apoc. 3. 20. Quoties sponſus provocat ad dilectionem, ad virtutes; toties pulſat, ut aperiatur. S. Laurentius Juſt. de caſto connub. c. 11.

Quid ſunt illæ manifeſtationes, interni luminis, niſi dies electæ mentis? Aliquando nos in contemplatione internæ lucis excipit; quândo que labi uſque ad præferendas humanitatis tenebras relinquit. S. Greg. l. 1. in 1. Reg. 1.

Sagitta eſt inſtinctus S. Spiritus. Tres ſunt autem ſpirituales ſagittæ, quas mittere ſolet Chriſtus: videlicet timoris, doloris, amoris. Timor pœnam, dolor culpam, amor gloriam reſpicit. *Et ego tres ſagittas mittam.* 1. Reg. 20. 20. Sanct. Bonaventura l. 7. in Pent.

§. II.

Inſpirationes exequendi motiva.

Hodie ſi vocem ejus audiveris. Pf. 94. 8. Utiliùs namque, & multò ſalubrius eſt, hodie audire eum conſulentem, conſolantem, admonentem, docentem; & ut multum arguentem, increpantem, corripientem: quàm in die illa tam amarâ, tam lugubri, tam tenebroſâ, audire illum judicantem, indignantem, ulciſcentem, ſævientem, condemnantem. S. Bernardus ſerm. de verbis Abacuc. Via Dei eſt, per quam ad nos venit, interna aſpiratio. Via Dei, per quam ad illum imus, bona operatio. Hugo à S. Viçt. in Pf. 118.

Aperi mihi ſoror mea &c. Cant. 5. 2. Ponit his verbis rationes, ad ſuadendum peccatori, ut aperiatur Deo. Cùm ait: *aperi mihi;* inſinuat aperuiſſe peccatorem alijs, vel aperire ſolere. Etenim ad januam cordis ſtat etiam diabolus pulſans; ſed aliò modò, quàm Deus. Sicut enim in palatijs regum plures ſunt ordines portarum, antequam perveniatur ad ſecretum cubiculum; ita cor hominis plures continet portarum ordines. Quinque ſenſus ſunt portæ; magis intimæ ſenſus interni, phantafia, appetitus ſenſitivus: per quas etiam intrat diabolus; & vehementiùs pulſat; cùm ſcædas cogitationes excitat, & immittit; quas David Pf. 77. 49. vocat *immiſſiones per Angelos malos.* Et ſic miſit diabolus in cor Judæ, ut traderet Chriſtum. Joan. 13. 2. Diabolus quidem immiſit; ſed Judas admittit, & conſenſit; & ideo ad poſſidendum cor ejus intravit; cùm tamen illam immiſſionem potuiſſet repellere. Univerſa enim diaboli poteſtas non ampliùs ſe extendit, quàm ad pulſandum per has januas. At ulterius eſt intimior cordis janua ad ſuperiorem ſpiritus partem; ad quam ſolus Deus immediatè pulſare poteſt, immittendo in intellectum, & voluntatem, piàs cogitationes, & ferventes affectus. *Aperi mihi.* q. d. aperuiſti januam cordis tui diabolo, & hoſti, qui tuum ſitebat interitum: cur ergo non aperis mihi Creatori, Redemptori, ac Patri tuo? qui tuam cupio ſalutem. Aperuiſti tyranno; aperi legitimo Domino: aperuiſti lupò, qui intravit, ut perderet, & mactaret; aperi proprio Paſtori, qui intrare cupit, ut te paſcat, & tæceatur. *Aperi mihi ſoror mea.* q. d. mitte ti-

tulis es mea; eiſdem teneris aperire mihi: non enim pulſo ad januam aliene domus, ſicut diabolus; ſed propria. Facta es mea ſoror per Incarnationem; *amica* per Paſſionem, qua reconciliavi te Deo: *Columba*, per miſſionem Spiritus S. quam tibi merui: & tandem facta es *immaculata*. Vel ſic, *aperi mihi*, que in Baptiſmo effecta es mihi ſoror per gratiam, meæ divinæ conſors naturæ: *amica* per charitatem: *columba* per inſuſionem Spiritus S. *immaculata* per munditiàm ab omni macula. *Caput meum plenum eſt rore*: quia Divinitas, que caput meum eſt, rore tuorum peccatorum eſt quaſi cooperta, & valde deſpecta; dum mihi viliffimas præponis creaturas. *Et cincinnati mei*, id eſt, attributa, perfectiones meæ; *plena ſunt guttus nocturni*; quoniam à te etiam deſpiciuntur. Contemnis meam miſericordiam, bonitatem, patientiam, juſtitiàm, & liberalitatem; tuasque voluptates, & concupiſcentias, præfers illis. *Cincinnati etiam mei*, id eſt beneficiæ, & opera, quæ à me in tui bonum procedunt, plena ſunt tuis ingratiudinibus; quoniam contra me illis aberis. Denique *caput meum plenum eſt rore nocturno*, quaſi gelidum; dum non amatur à te, nec à multis Fidelibus meis: ſed videor eſſe in Mundo, velut in nocte, rore, & gelu frigidò, de Ponte hic Exh. 8. §. 1.

Expoliavi me univèrſa meâ. Cant. 5. 3. Sponſa pulſanti Sponſo tardat aperire. Ille declinaverat, atque tranſierat. Cum quanto damno poſtea quaſitus ab illa! *in vineris me cuſtodes &c.* Naxera in Joſ. 24. §. 19.

Merito dicit: *labia ejus lilis diſtillantia myrrham plenam* Cant. 5. 13. docent enim in præſenti vita mortificationem, B. Theodoretus hic.

Stella dederunt lumen - dixerunt, adſumus. Baruch. 3. 34. 35. His anima comparatur, quando vocatur à Deo per inſpirationem: & ipſa currit per deſiderium. Sanct. Bonavent. hexam. l. 20.

Mirum! hortatur, & obſecat DEUS mortalem, obſecat DEUS lutum, obſecat Creator creaturam, obſecat Dominus ſervum; idque intrinſecus in anima: & alios quidem alloquitur amice ut filios, alios ut fratres; alios ut zemicos compellit, caſtigat, ad ſe attrahit; ineffabili, & mentali, charitate cor exhilarat, edulcat, calefacit; à terrenis tranſfert, & ad cœleſtia vocat. S. Chryſoſt. ſerm. in Pent.

Velociter currit ſermo Dei; & velocem deſiderat habere ſequentem. S. Bern. l. de vijs vitæ &c. Quanta, & quàm ineffabilis divinæ dignationis bonitatis! quæ quotidie conſpicit nos, infelices, avertentes aures, obdurantes corde: & nihilominus clamat ad nos, & jugiter clamat in plateis, verè in plateis, quia in latitudine charitatis. Ecce enim bonorum meorū non eges, Domine! & tamen dicis: convertimini filij hominum. Et iterum clamatis, revertere, revertere &c. ut in tueamur te. Idem ſerm. de ſeptem ſpirit.

Præveniienti miſericordiæ, ut veritas noſtræ conversionis occurrat; neceſſe eſt, ut de cœtero ſanctimoniam ſeſtemur, & pacem; ſine qua nemo

nemo videbit DEUM. Idem f. i. in annunt.
B. V.

Tentatio diabolica noctem ingerit, inspiratio divina diem facit: toties verò noctis tenebras incurrimus; quoties per ignorantiam, vel per malitiam, peccamus. Richardus à S. Vict. l. de Verbo incarn. c. 14.

DEUS bone! si inspirationes divinas, secundum omnem earum virtutis amplitudinem, & extensionem, recipemus, quantos brevi tempore in sanctitate progressus faceremus! Sanct. Francisc. Salesius l. 2. cap. 11.

TITULUS XIV. INTELLECTUS.

Collum tuum sicut monilia, Cant. 1. 9. Nihil verisimilius, probabiliusve, elucet, quam ipsum animæ intellectum colli nomine designari. An non tibi videtur colli quodammodo vice fungi intellectus, per quem tua anima trajicit in se spiritus vitalia alimenta, atque in quædam transfundit viscera morum, affectuumque suorum? S. Bernardus f. 41. hic.

Homo sanctus in sapientia (scilicet intellectus) *manet sicut sol.* Eccl. 27. 12. Et de malis Sap. 5. 6. *Sol intelligentia non est ortus nobis.* Sicut enim Sol Mundum; ita intellectus suis cogitationibus, & notitijs, animam illustrat. Et sicut radij solis, quoadusque in aliquo objecto sistant, debiles sunt: ut in media aeris regione perspicitur; qui, quia illic non sistant, sed velociter transeunt; nullum calorem gignant: ut primum autem ad terram, aut ad quidquam aliud firmum, perveniunt, calorem causant, & aliquando ignem accendunt; si v. g. in speculum reverberent: sic cogitationes ex intellectu, velut radij de sole prodeuntes, priusquam in voluntate sistant, debiles exeunt. Si verò in ea sistant, ipsaque sit, ut speculum, tersa, & munda; divinum amorem inflammant. Sicut David expertus Psalm. 38. 4. *Concaluit cor meum intra me.* Diez conc. 2. in festo S. Francisci.

Osulabatur pedes ejus. Luc. 7. 38. Sunt duo labia, quibus Domini premendi sunt pedes, affectus bonus, & intellectus verus; de quibus Job 8. 21. dicitur: *donec impleatur risu os tuum, & labia tua jubilò.* Jubilus verò est ineffabilis mentis læticia, quam lingua explicare non novit; quò repletur affectus bonus, cum, per gratiam, & gloriam, ineffabilem recipit bonitatem; & intellectus verus fulgentissimam suscipit, & inextinguibilem claritatem: quos semper velut labia quædam aperiri à Domino postulabat David dicens Psalm. 50. 17. *Domine, labia mea aperies;* ut affectus ad bonum, & intellectus sit apertus ad verum, Simon Cass. l. 8. c. 40.

Calceamenta in pedes ejus. Luc. 15. 22. dantur, quæ pedum sunt, munimenta. Sunt etenim pedes, affectus, & intellectus; quibus invisibiliter velut visibiliter ambulamus: quos morticinis pellibus oportet esse munitos; nè pro vero falsum recipiat intellectus; aut malò, pro bono, noster ligetur affectus. Inevitabilis enim mors consuevit suis à viventibus, detractis pellibus homines per suæ invitationis communire terrorem. Idem ib.

Vitæ erat lux hominum. Jo. 1. 4. Nunquid lux pecorum? Videamus, quid sit lux hominum. Non distas à pecore, nisi intellectu. Noli aliunde gloriari: S. August. tr. 3. in Joan.

Animæ nostræ oculus intelligentia est. Sicut enim oculò corporis lux corporea, & cætera quæque corporalia, videntur; ita Deus, qui est lumen incircumscriptum, & ejus invisibilia, ut cunque intellectu percipiuntur. S. Bernardus l. 5. in assumpt. B. V.

Visionem divinam consequitur mutabilitas intellectus, & voluntatis. Intellectus quidem: quia cum perventum fuerit ad primum causam, in qua omnia cognosci possunt, inquisitio intellectus cessat. Mobilitas autem voluntatis cessat; quia adeptò sine ultimò, in quo est plenitudo totius bonitatis, nihil est, quod desiderandum restet. S. Thom. Aqu. opusc. 9. c. 149.

Sicut Deus prima Veritas est objectum intellectus, & finis, & ideo quies ejus; sic Deus summum bonum est objectum, & finis affectus & quies. Idem opusc. 10. c. 26.

Tres sunt virtutes intellectuales; scilicet scientia, prudentia, & sapientia. Scientia, est cognitio, quæ habetur de creaturis; prudentia est cognitio intellectualis de actibus humanis; sapientia verò est cognitio speculativa, quæ habetur de divinis cum sapore devotionis. Sanct.

Vincent. Ferr. f. 5. Dom. 23. post Trinit.



TITULUS XV. I N T E N T I O.

§. 1.

*Bone, puræ, simplicis,
Figuræ, & Symbola.
Comparatur dexteræ.*

Oblivioni datur dextera mea. Pf. 136. Quidquid fit propter vitam æternam, dextera operatur: finistrum verò est, quidquid propter gaudia transitoria, aut optatur, aut agitur. Et in oblivionem venit dextera sinistra, cum virtutis amor, & consuetudo, superaverit. S. Prosper hic.

Nesciat sinistra &c. Matth. 6. 3. Sinistra nostra dicitur, quidquid temporaliter habemus: dextera nostra dicitur, quidquid nobis æternum, & incommutabile Dominus pollicetur. Audi hoc confirmatum in Cant. 2. 6.

Sinistra ejus sub capite meo, & dextera illius complectetur me. Ità legit S. Aug. Quid autem, quia sursum erat dextera, deorsum sinistra? & sic complectabatur sponsus sponfam, supponens sinistram ad consolationem, imponens dexteram ad perfectionem. Audi hoc ipsum exponi in Prov. 3. 16. *Longitudo dierum, & anni vitæ, in dextera ejus; & in sinistra illius divitiæ, & gloria.* Longitudo illa dierum æternitas est. Quid ergo si dextera amplectitur, sinistra sub capite est? Quid est, *nesciat sinistra?* Id est? quando facis bonum opus, propter vitam æternam fac. Si propter solas res humanas, & solam vitam istam facis; quod facis, sinistra sola operatur: si autem propter vitam æternam operaris, dextera sola operatur. S. Aug. hic in Pf. 136. 5. Idem f. 60. in Evang. dexteram appellat amorem, & puram intentionem ad Deum. Dicitur manus dextera, quando intentio est recta. *Nesciat sinistra vanæ gloriae.* S. Vincent. Ferr. l. 1. f. 6. Cin.

Comparatur oculo.

Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse evellat de laqueo pedes meos. Pf. 24. 15. Oculus actionum intentio est. Oculi ad Dominum semper habet, qui per intentionem ad amorem Dei dirigit omne, quod agit. Cujus nimirum pedes à laqueo evelluntur: quia mala actio esse non potest, cujus amor Dei origo est. Sine periculo namque via actionum curritur, cum intentio animi charitate duce gubernatur. Hugo à S. Vict. hic.

Oculi tui columbarum. Cant. 1. 14. c. 4. 1. Columba symbolum erat mutue fidelitatis conjugum; cum alter alterum pari fide respicit. *Oculi tui columbarum.* id est, fideles, quos in me solum despectis; neque agendo alium, quam me respicis. *Et ad me conversio ejus.* Cant. 7. 10. Et, velut alteruter conjux oculos à conjuge divertens, adulteræ mentis suspicionem

movet, sic anima si oculum intentionis in aliud, quam in Deum coniciat, fidem fallere, & alijs placere se velle, ostendit. Drexelius de intent. l. 1. c. 4.

Vulnerasti cor meum - in uno oculo tuorum. Cant. 4. 9. Oculus tuus unus est, si purus est: unus est, si ad plura non est, unus est, si quodammodo simplicificatus, & strictus, & directus, in unum est; non fissus, non divulus, non sparsus, in multa. Oculus tuus unus est, si intendis, & intueris, semper in unum, & in illum unum. Denique si amoris oculus est, unus est. Gilbert. f. 30. in Cant.

Oculi ejus sicut columba super rivulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resiam juxta fluentem plenissima. Cant. 5. 12. Gregorius Nysl. observat: quod solum lac inter humida imaginem non reddat. Juxta fluentem plenissima, id est, in oculis populi. Aqua populi sunt, genes, & linguæ. Apoc. 17. 15. Sponsa igitur simplicissime cœlum, & sponsi sui oculos, spectat, ut propriam imaginem, bonamque intentionem, nulli hominum velit spectandam dare.

Si lumen, quod in te est, tenebra sunt, ipse tenebrae quantæ erunt? Matth. 6. 23. hoc est, si ipsa cordis intentio, quæ facis, quod facis, quæ tibi nota est, sordidatur appetito rerum terrenarum, & temporalium, atque cacatur; quanto magis ipsum factum, cujus incertus est exitus, sordidum, & tenebrosum, est. S. August. l. 2. ferm. D. in monte c. 21.

Lucerna corporis tui est oculus tuus. Matth. 6. 22. Est autem oculus mentis intentio: quæ, si perversa præcedit, omne opus primum est, quod sequitur; quamvis rectum esse videatur. V. Bedal. l. 1. hic. Postquam Dominus egit de operibus justitiæ, eleemosynæ, orationis, jejunijs; rectè commendat rectitudinem intentionis, quæ debet esse ad unum. Et ideo ait, *si oculus tuus;* nè intentio tua tendat partim in Mundum, partim in Deum; sed tota in Creatorem. Et ideo ipsa intentio, ut ait Albertus M. dicitur *simplex*: quia non debet habere partes, ut secundum quia propter Deum fit; & secundum quid ob vanam gloriam, & lucrum. Sylveira hic. Simplicitas interioris oculi est, non variata intentio ad diversos fines; nec præterquam unum simplicem Deum in his, quæ agit, & diligit, in præmio requirit; & ab omnibus absoluta commodis, à judicij hominum libera; laudes, & opprobria, hominum æquè pendens; solum Deum quaerit in testem, & judicem, & remuneratorem bonorum, Simon Cass. l. 7. cap. 6.

Si oculus tuus fuerit simplex. ib. Intelligendum est de oculo intentionis, ut fit sensus: lucerna, id est, illuminatrix, atq; directrix, corporis tui, totius operationis tuæ, est oculus tuus, id est, ratio illuminata, vel intentio recta; quæ dirigit animam in agen-

in agendo; sicut lucerna illuminat hominem in eun. Dionys. Carthuf. hic: Sicut qui proposito premio bombardas explodunt in orbem ligneum; quò minus à centro aberrant, oculum sinistrum plerumque claudunt, sed utentes dexterò: ita claudendus oculus tot humanorum respectuum, observationum &c. Solus dexter largissimè aperiendus aspiciendo DEO per sinceram intentionem. Drexelius de Intent. l. 1. c. 1.

Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro &c. Luc. 9. 62. Cur, manu addicta aratro, oculus inhibetur à vano aspectu? acti oculis araremus, non manibus. Sed aratrò hóc polum, non solum, profcindimus; stellas ferimus, non frumenta; Dei visionem seminamus, quæ oculis vult coli. Oculus intentio est, opus verò manus; quæ frustra infudat aratro, nisi eam oculus instruat, & ducat. Oliva l. 13. Strom. hic.

Oculus ejus. Apoc. 1. 14. Oculi ejus intentio ejus: quia autem charitas ignis, flamma ignis est nimietas charitatis &c. Galfridus Abb. conc 34.

Alia Symbola.

Ex Veteri.

Dixitq; Deus fiat lux. Gen. 1. 3. Lux primo omnium creata significat rectam mentis intentionem; quæ omnia nostra opera præire, & dirigere debet. Hugo à S. Vict.

Ambula coram me. Gen. 17. 1. Ille ambulat coram Deo, qui, quidquid facit, facit recta intentione pro Deo. Serviamus Deo in sanctitate coram ipso. S. Vincent. Ferr. f. de SSS. Trinit. *Ambula coram me.* Chaldaeus: *Serviamus coram me.*

Projiciente Moysè virgam in terram, versa est in colubrum. Ex. 4. 2. 3. 4. elevante, versa est in virgam. Bonæ, & malæ, actiones sic à nobis sunt. Et si terram spectamus, cum agimus; colubri sunt actus malitiæ venenò tincti: sin animum caelo tollamus, virga Moysis, opera celestis præmiò digna existunt. Drexelius de recta Int. l. 1. c. 1.

Sanctifica mihi omne primogenitum. Ex. 13. 2. De filiis nostris, scilicet actibus virtuosus, Deus vult sibi primogenitum offerri; hoc est, intentionem. Regula Philosophiæ: quod ultimum in executione, est primum in intentione. S. Vincent. Ferr. f. de Purif. B. V.

Decimas, & primitias tuas non tardabis reddere. Ex. 22. 29. q. d. principium, & finem; inchoationem, & consummationem, tam cogitationum, quam sermonum, vel etiam operum tuorum, Domino Deo tuo decimabis. Petrus Cellenf. l. de panib. c. 8.

In circuitu impij ambulat. Pl. 11. 9. Sed circa se recurrit sunt. Referunt omnia ad se; nihil diligunt, nihil fugiunt, vel odiunt; nisi propter se; quia se suum finem statuerunt. Sunt genus Sathan, qui circumviit terram, & perambulavit eam; qui circumit quærens quem devoret. *Jesus perambulabat, Fericho.* Luc. *Polyanth. Sacr. Tom. I.*

19. 1. *circuibat omnes civitates, & castella* Matth. 9. 35. Audis ex suis unum perambulantem in *innocentia cordis sui.* Pl. 100. 2. *Et Dominus in circuitu populi sui.* Pl. 124. 2. Circuit igitur & justus, & perambulat; sed circa Deum, circa centrum illius intellectualis spheræ; cujus centrum est ubique, circumferentia nusquam, nisi in se. Deserit se justus, nihil refert ad se, sed ad Deum; nihil amat, nihil desiderat, nisi propter DEUM: imò nec se vult esse, vel vivere, vel bene esse; nisi ad Deum, & propter Deum. Joan. Gerson tr. 9. sup. Magnif.

Spirituum ponderator est Dominus. Prov. 16. 2. Per spiritum accipe mentis cogitationem, vel voluntatem, quam Deus solus ponderat, an sit bona, an mala. 2. Spiritus significat operis intentionem. Cornelius hic.

Oleum effusum nomen tuum. Cant. 1. 2. Oleo divinæ, & puræ, intentionis, unge caput tuum, & caput operum tuorum: scilicet intentionem; quæ soli Deo placere studeas. Sitque hoc oleum sicut unguentum in capite Aaron. Pl. 132. 2. *quod descendit in barbam* usque ad oram vestimenti: ut ita principium operis ungat; ut etiam unctio perveniat ad medium, & finem, & quascunque minutissimas partes, & circumstantias actus: ut omnia, & singula, fiant ad gloriam Dei. de Ponte hic Exh. 21. §. 3.

Ecce tu pulchra es &c. Cant. 1. 14. Dicit bis, *ecce tu pulchra es*: ut ostendat, eam pulchram & interiùs, & exteriùs; in opere, & intentione. S. Thom. Aqu. hic Lect. 3.

Lava ejus sub capite meo. Cant. 2. 6. Meritò lava sponis sub capite sponsæ, super quam caput suum reclinata sustentet, hoc est, mentis suæ intentionem; nè inclinetur, & incurvetur, in carnalia, & secularia, desideria. S. Bernardus tr. de diligendo Deo.

Vineæ florentes dederunt odorem suum. Cant. 2. 13. Singulæ vineæ, singulæ sanctorum animæ; quæ tot habent vites, quot virtutes; ex his non suam, sed Dei quærentes gloriam: alioquin non dicerentur dare odorem suum, sed vendere; si per bona opera laudis mercedem quærent. de Ponte hic Exh. 23. §. 2.

Ostende mihi faciem tuam. Cant. 2. 14. Facies animæ, quæ Deum in suis actionibus respicit, est intentio finis, quem præscribit. Ex qua, ut inquit Bernardus f. 40. in Cant. rectitudo operis, sicut ex facie pulchritudo corporis, æstimatur. *Ostende mihi faciem tuam; mihi,* inquam; non hominibus, non alijs creaturis; sed *mihi* soli: quia *mihi*, & propter me, placere debes. de Ponte hic Exh. 26. §. 3.

Sicut virgula sumi. Cant. 3. 6. Virgulæ comparatur sponsa propter intentionis puritatem, & proficiendi velocitatem. Richardus à S. Vict. hic.

Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis. Cant. 7. 1. id est, virtutum, & bonorum operum. Sicut calcamenta ornant, ac

decorant, pedes; ita intentiones rectæ ornant, & decorant, opera nostra. S. Vincent. Ferr. l. 3. D. 1. adv.

Cognovit bos possessorem suum, & asinus prosepe Dominum sui. If. 1. 3. Cavit Deus Ex. 13. 13. nè sibi asinus offerretur; sed primogenitum asini murabis ovæ: quòd si non redemeris, interficies. Bovem è contra tam gratum habuit; ut eum sibi litari etiam præceperit. S. Basilius causam dat: bos Dominum suum novit, nec, præter illum, aliud quidquam spectat: asinus verò non Domini, sed præsepis, sed pabuli, & commodi sui rationem habet. Didacus Niss. D. 4. Quadr. §. 3.

Facies eorum, & penna eorum, extensa desuper. Ezech. 1. 11. Extensas suas pennas, & capita sursum erecta, habebant: Deo hac visione significante; virtute præditos oportere intentiones suas in sublime extollere, eas ad gloriam Dei exequendo. Cornelius in Prov. c. 16. v. 2.

Super quem videris Thau, nè occidaris. Ezech. 9. 6. Idem signum istorum. Apoc. 7. 3. Thau est ultima litera Hebraici Alphabeti, sicut ω. in Græco, per quod finem Græci significant. Apoc. 1. 8. ego sum α. & ω. principium, & finis. Sic etiam Thau significat finem. Signati igitur hac litera ostendunt, quòd in suis operibus Deum ultimum finem spectaverint; seu quod usque in finem perseveraverint. Diez. conc. 4. in Com. Conf. Pontif.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Domine, salva nos! Matth. 8. 25. Tòrd corde clamat, excitatque Christum; qui omnem intentionem in eum dirigit, & convertit. Simon Cass. l. 5. c. 2.

Rectas facite semitas ejus. Luc. 3. 4. Id est, non distortas. q. d. cavete, nè intentiones vestræ ad terrena inclinentur. Hugo Card. hic. *Quomodo rectas?* quia nimirum *in circuitu ambulat impij*; sed rectitudo pios decet. Recurvè, atque retrogradè, instat cancri, illi viam peragrunt; qui ad seipsum amore proprio tracti continuò reflectuntur; & quocumque pergunt gressibus affectionum extra semetipsos longè exeunt: quia circa palum proprii commodi alligati sunt catenâ quâdam amoris, & cupiditatis. At è contrâ iusti rectò itinere tendunt in Deum, & magis ac magis ipsum intrant; amorisque pedibus ad ipsam, sinè quavis retorsione ad semetipsos factâ, gradiuntur. Gerson Lect. 2. super Marcum.

Nota Christus tactus in pede à Magdalena. Luc. 7. 38. in veste ab hemorrhoiisâ; in latere à Thoma Jo. 20. 27. In quo intelligitur triplex imitatio appropinquantium ad Christum: scilicet in effectu operationis bonæ, in habitu conversationis sanctæ, in tolerantia passionis acerbæ. Per pedum incessus intelligitur rectitudo operationis bonæ. *Pedes eorum pedes recti.* Ezech. 1. 7. Per vestimentum, honestas conversationis sanctæ. In vulneribus Christum contingimus,

cum ejus vulneribus ad tolerantiam armamur. S. Bonavent. in Luc. 8.

§. II.

Intentionis puræ exempla

Ex Veteri, & Novo.

Noe vir justus - cum Deo ambulavit. Gen. 6. 9. Cum stupore admiretur illius præstantiam; quomodo tantum populum, ridentem, ludificantem, subsannantem, objurgantem, despiciere, & superare poterit. Quomodo? ego dico: quia continuò ad oculum illum, qui falli, soporarique, nequit, respexit: ad hunc suæ mentis oculum direxit; atque postea hæc omnia, quasi non essent, curavit. S. Chrysost. hom. 23. in Gen.

Non pepercisti unigenito filio tuo propter me. Gen. 22. 12. q. d. quòd rem tantam fecisti, hoc inde venit; quòd me ob oculos habuisti, & respexisti: nam si aliud quidvis propositum habuisses, ab opere concepto faciliè destitisses. Didacus Niss. l. 11. c. 7.

Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est. Psalm. 53. 8. Sanct. Augustinus hic: quare inquit *voluntariè*? quia gratis amo, quod laudo. Laudo Deum, & in ipsa laude gaudeo.

Trabe me post te. Cant. 1. 3. Non post tua, ut quidam; qui non Deum, sed quæ Dei sunt, sequuntur, & amant. Hugo Card. Prologo in Job.

Sub umbra illius, quem desideraveram, sedi. Cant. 2. 3. Non dixit, sub umbra, quam desideraveram; sed *illius, quem desideraveram.* S. Bernardus. q. d. se ad bene agendum non donis sponso, sed ipsius purò amore permotum fuisse.

Ordinavis in me charitatem. Cant. 2. 4. Hebr. *vexillum ejus super me charitas.* Sotomajor: q. d. sicut in acie bene ordinatæ solent milites, legiones, cohortes, & decuriae, vexillum, seu vexilliferum, intueri ad victoriam, & gloriam; sic ego sponsum meum semper amoris meo, velut scopum propositum habeo; atque omnes actiones meas ad eum dirigo, & exigo: ut sint Deo gratæ, honestæ, & bene ordinatæ, & gloriâ dignæ. Cornelius hic.

Inveni, quem diligit anima mea; tenui eum, nec dimittam. Cant. 3. 4. Cur non dimittes? an sicut Jacob Gen. 32. 26. ut benedicat tibi? Absit. Requisivi eum, ut facerem eum regem mihi: non ob benedictionis commoda; sed propter ipsum. S. Bernardus l. 79. in Cant. ista non vult eum dimittere; & forte magis quam Patriarcha, id non vult: quia nec pro benedictione quidem. Ille enim benedictione acceptâ dimisit; hæc autem non sic. Nolo, inquit, benedictionem tuam, sed te. Escobar t. 1. mir. Chr. Obs. 5.

Manus illius - plena hyacinthis. Cant. 5. 14. quia cuncta ejus opera, quæ, propter semetipsum operatus est, hyacinthina sunt, id est, celestibus

stibus plena rationibus, & consilijs: & ad eum tendunt finem, ut nos ad cœlestia evehant.

Plena hiactibus. quia semper ad cœlestia tendebant, in Patris gloriam operabantur; & corda hominum ad inquirendum regnum cœlorum excitabant. de Ponte hic Exh. 24. §. 1.

Quem mittam? & quis tibi nobis? If. 6. 8. q. d. quis ita vadat affectus in Dominum, ut omnino Domino (*nobis*) vadat, non sibi; non proprijs commodis curam impendat. Escobar c. 1. mir. Chr. Obf. 4.

Incipiens à novissimis. Matth. 20. 8. Bonus ille paterfamilias idem stipendium dedit ultimis operarijs, quod primis; imò ultimi prælati sunt. S. Greg. Niss. quia primi facta conventionem venerunt; ultimi verò, nullà acceptà mercede, laborem susceperunt. Primi ob mercedem, secundi ob amorem; & ideo tale discrimen inter illos. Sylveira in Luc. 1. quæst. 24.

§. III.

De Intentione pura sententiæ Biblicæ.

Ex Veteri.

In custodiendis illis retributio multa. Pl. 18. 12. S. Bernardinus s. de obed. Evang. non dixit pro custodiendis.

Dico ego opera mea Regi. Anima mea illi vivet. Pl. 44. 2. Pl. 21. 31.

Anima mea illi vivet. Pl. 21. 31. Per rectam intentionem vivimus Deo. Drexelius de Int. l. 1. c. 1.

Quemadmodum desiderat servus. Pl. 41. 2. Aqua sunt dona Dei, fons aquarum Auctor est donorum. Qui dona Dei propter Deum non amant, hi quasi aquas, & non fontem, desiderant. Hugo à S. Vict. hic.

Confitemini Domino quoniam bonus. Pl. 117. 1. Est, qui confitetur Domino, quia potens est; & est, qui confitetur, quia sibi bonus est; at alius, quia simpliciter bonus est. Primus servus est, & timer sibi: secundus mercenarius, & cupit sibi: tertius filius, & defert patri. Sanct. Bernardus tr. de dilig. Deo prope finem.

Recti diligunt te. Cant. 1. 3. Particula illa ideo v. 2. nonnullam videtur involvere imperfectionem amoris propter Suavitatem, & dulcedinem uberum, & unguentorum. Paulò post tamen ait: *recti &c.* indicans perfectionem dilectionis gradum ex parte intentionis puræ, quâ diligendus est Deus. de Ponte hic Exh. 32. §. 3.

Hic scribet manus sua Domino. If. 44. 5. id est, sicut servi inuri sibi patiuntur aliquò signò, vel literâ, quæ personam dominorum suorum repræsenteret: & milites etiam olim in manu sua stigma militiæ suæ ferebant: ita qui Christi mancipatur servitio, & militiæ; in sua manu scribet, & inuret hoc signum: *Domino.* id est: quidquid sum, sapio, loquor, & ago; solum est dicatum Domino; ad cultum, & gloriam ejus. de Ponte hic Exh. 27. §. 3.

Ex Novo.

Nemini dixeritis visionem. Matth. 17. 9. Celat gloriam, non amorem: & magis amore, quàm spe gloriæ, vult nos ad se trahere. Sylveira hic.

Euge serve bone, & fidelis. Matth. 25. 21. Quando quæris aliquid præter Deum, quod non quæris propter Deum; non es fidelis Deo. S. Bonav. s. 2. de ingressu ad sapientiam. Hic ostenditur examen, quod fit in Judicio, quod est de duobus, scilicet, operibus bonis. Ideo dicit: *euge serve bone.* Sed modicum esset, facere opera bona, nisi fierent intentione rectâ; ideo dicit, *fidelis.* Regalia, quæ sibi Deus retinuit de bonis operibus, sunt; quòd fiant amore sui; & ad utilitatem tuam; tecum dividit per medium. Caveas ergo tu, nè ipsum defraudes; nè opera bona facias amore alterius, scilicet vanæ gloriæ, vel laudis; sed solum amore sui; ut laudetur, & ametur: talis est fidelis. S. Vincent. Ferr.

Quid queritis? Joan. 1. 38. Adverit S. Thomas, quòd hoc est primum verbum, quod Christus in isto Evangelio loquitur. Et congruè ait: quia primum, quod querit Deus ab homine, est recta intentio. Sylveira hic. q. 3.

Ex Patribus, & alijs.

Nè putemus, nos præmiò carituros, si pro præmio non laboremus: imò ob hoc ipsum præmium erit majus. S. Chrysol. hom. 5. in ep. ad Rom. apud Drexelium de recta intent. l. 1. cap. 7.

Magna res amor; sed sunt in eo gradus. Sponsa in summo stat. Amant enim & filij; sed de hæreditate cogitant. Suspectus est mihi amor, cui aliud quid adipisci spes suffragari videtur. Purus amor mercenarius non est. S. Bernardus l. 83. in Cant.

Vides miser homo; quia totum est vanitas, totum stultitia, quidquid facis in hoc Mundo; præter id solum, quod in Deum, & propter Deum, & ad honorem Dei, facis. S. Bernardus s. de hum. miseria.

Antequam inchoes opus, quod aggredi vis; conjice, vel erige, primum interiorem aspectum in Deum: & ubi senseris te ideo illud velle agere, quia Deus vult, & gratum habet; tunc demum opus incipe. Blofius Sacello animæ §. 3.

§. IV.

Intentio optima, ut placeas Deo.

Fuit autem Dominus cum Joseph. Gen. 39. 21. Joseph unum habebat propositum, placere Deo. Hoc nullâ varietate temporis immutatum est; nec fratrum invidiâ, nec conditione servitutis, nec ætatis illecebris, nec dominæ repromissis, nec squalore carceris, nec postea timore Ægyptiæ potestatis; sed semper unus fuit; & veritatem, ut diximus, temporum sibi redimens, malos dies vertit in bonos. S. Hier. c. 5. in ep. ad Ephes.

Bbb bb g Domi-

Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die. Pf. 88. 16. 17. Alius ambulat in lumine vultus sui; sollicitus facere suam voluntatem, & beneplacitum cordis sui considerans: alius ambulat in lumine vultus humani; in eo semper intentus, quid hominibus placeat, quid Mundus judicet. Sanct. Bernardus f. de volunt. nostra cum Dei.

Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi. Cant. 6. 2. Ac si ipsa sola, & ille, in Mundo essent. Merito columba appellatur anima, quæ omnibus renuntiat, ut Christum quærat; quæ ita soli Deo placere studet, ac si cum illo solo sola in Mundo esset. de Ponte hic Exh. 3. §. 3.

Ex Patribus, & aliis.

Diligenti Deum sufficit, ei placere, quem diligit: quia nulla major est repetenda remuneratio, quam ipsa dilectio. S. Leo f. 7. de jejun. septimi mensis.

Ad hoc creatus es, ut Conditori tuo placeas, ut Domino tuo servias; & tu de mercedibus cogitas? -- Verè ignoras, quantum bonum sit placere Deo. Si enim scires; nunquam aliquid aliud extrinsecus mercedis, aut muneris, expeteres. Nescis, quia major augetur tibi merces; quando non spe mercedis operaris, sed studio placendi? Sanct. Chrysostomus de Comp. cord. l. 2.

Deum, ut patrem, verere; bonorum operum studio incumbere: quia bonum est Patri morem gerere; etiamsi ex ea re nihil quæstus ad te rediturum sit: hoc ipsum merces est, Patri placere, atque infervire. S. Greg. Naz. Orat. in S. Baptisma.


Primus contemplationis gradus iste est, ut incessanter consideremus, quid velit Dominus? quid placeat ei? quid acceptum sit coram ipso? Sanctus Bernardus f. 5. de verb. If.

Unum est, quod mens cujusque Fidelis debet assidue, solerter attendere, & intrâ semetipsam sollicitâ semper inquisitione versare: scilicet utrum placeat Deo, quod egit? an & in ejus vita Deus, vel operibus, delectetur? Quid enim prodest, quidquid faciat homo; si hoc non placeat Deo. B. Petrus Dam. . 5. ep. 3.

Nulla major dignitas Creaturæ, quam suo placere Creatori. S. Thom. Vill. conc. 3. de S. Joan. Bapt.

Quod potest esse gaudium adæquans lætitiâ, quæ capitur; eo quod tibi placeatur! Sanct. Francisc. Salef. l. 9.

cap. 11.



§. V.

Intentio judicat omnes: Ex bona, vel mala; bonum, aut malum opus.

Ex Veteri, & Novo.

Vide num. 16. 2. 17. 18. thurificantes 250. proceres. Dixisses totidem esse Sacerdotes. Sed intentio erat, ut Moysen & Aaron in odium populi traherent. Drexel, de Int. lib. 1, cap. 8.

Judith cap. 10. 3. comitur; non ut lascivie serviat, sed ut lascivum obrunceat. Quid dixisses de hac vidua, cum obfessa ex urbe ad conopæum hostis egreditur ornata, thesaurum, & opes, domo efferens? Luce 10. 42. quam Helenam putabas: non est Dalila; Rachel est. Oliva fer. 4. Dom. 4. Quadrag.

Si offeraris cæcum ad immolandum, nonne malum est? Malach. 1. 8. Remigius, & Sanct. Hieronym. victima Dei, est bonum aliquid, ut oratio, elemosyna &c. Verum cæca est victima; si animus offerentis non est illustratus luce veritatis; vel si non est intentio simplex ejus, qui offert. Cornelius hic.

Vulpes foveas habeat. Matth. 8. 20. Ex hac responsione elicitur; quod scriba perversâ intentione dixit, *sequar te*: volebat utique conversando cum CHRISTO congregare sibi divitias. Quoniam enim literatus fuit; cogitavit multis infirmis à CHRISTO sanitatem acquirere: sicque volebat pecuniam multam à sanatis colligere. Dionysius Carthuf. hic.

Tu es CHRISTUS Filius DEI vivi. Matth. 16. 16. & statim audit: *beatus es Simon - Bariona.* v. 17. Matth. 8. 29. videntes CHRISTUM dæmones clamaverunt: *JESU FILII DEI*; spernitur tamen eorum confessio. Sanct. Augustinus hom. 17. ex. 50. O Domine! hoc tibi dixerunt & dæmones, quare illi non sunt beati? quare? quia dæmones hoc dixerunt timore; Petrus amore.

Pharisæus, & Publicanus. Luc. 18. 10. Cur Pharisæus, referens suas laudes, damatur; cum tamen Ezechias, Job, & Zachæus, in suis commendationibus, approbentur? Intentio judicat omnes. Ezechias ait 4. Reg. 20. 3. *obsecro, Domine, memento quasi Ors.* Samuel laudes suas 1. Reg. 2. 26. *puer autem Samuel profitebatur*, ad utilitatem proximorum, & ad gloriam DEI, referebat. Job de se cap. 29. 15. *oculus sui cæco &c.* ut famam suam defenderet: nam ei amici objiciebant, malorum causam peccatum. cap. 4. 5. *nunc venit super te plaga &c.* Sylveira hic. q. 3.

Ex

Ex Patribus, & aliis.

In disciplina Christiana non tam queritur, utrum pius animus irascatur? quam, quare? nec utrum sit tristis? sed unde? nec utrum timeat? sed cur timeat? S. August. l. 9. de Civ. c. 7.

Videtur, quia non quid faciat homo, considerandum est; sed quod animo, & voluntate, faciat? Facta est traditio à Patre, facta est traditio à Filio, facta est traditio à Juda. Hoc fecit Pater, & Filius, in charitate; fecit autem hoc Judas in prodicione. In eodem facto invenimus Deum Patrem, in quo invenimus Judam. Patrem benedicimus, Judam detestamur; benedicimus charitatem, detestamur iniquitatem. S. Aug. tr. 7. in ep. Joan.

Deus non secundum bonorum operum eventum, sed juxta factoris propositum, coronas largiri solet. Etiam si duos obolos conferras, accipiet. Idem in docentibus faciet. Sanct. Chrysostomus hom. 3. in epist. 1. Cor. cap. 1.

Quod est corpus sine vitâ, hoc est opus sine intentione bonâ. Richardus à S. Vict. tr. 1. de statu inter. hom. c. 7.

Cum nihil aliud sit virtus, quam affectio ordinata, & moderata; ex intentione bona agitur, ut sit affectio ordinata; & per discretionem efficitur, ut sit moderata. Idem de arca myst. cap. 23.

§. VI.

Intentio non pura, non recta.

Non bonam rem facis, stulto labore consumeris. Ex. 18. 17. 18. Sic multi carent bonâ intentione.

Botrus Cyprî Dilectus meus. Cant. 1. 13. Pudet encomij! Dilectus est, si botrus est, Oliva s. 6. D. 1. Quadr.

Vinum tuum mistum est aquâ. II. 1. 22.

Bonus est Dominus sperantibus in eum. Thr. 3. 25. *anima quærenti illum.* Sanct. Bernardus l. 9. in Psal. qui habitat: ipsam numeri discretionem prudenter adverte; quod sperantes quidem in eo pluraliter dixerit, quod hoc videatur commune multorum: quærentem verò eum singulariter, quod singularis sit puritatis, singularis gratiæ, singularis perfectionis; non modò nihil sperare, nisi ab eo; sed nihil quærere, nisi eum, quod si bonus illis, quantum magis isti?

Ingressus vidi; & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominanda

Et c. Ezech. 8. 10. In reptilibus cogitationes omnino terrenæ signantur: in animalibus verò jam quidem aliquantulum à terra suspensæ; sed adhuc mercedis præmia requirentes. Nam reptilia totò corpore terræ inhærent; animalia verò ventre à terra suspensa sunt; appetitu tamen gulæ ad terram semper inclinantur. Sanctus Gregorius Mor. l. 26. cap. 8.

Statua Nabuchodonosor prodigium erat pretij ex auro, argento, ære, ferrò. Dan. 2. 32. 45. Sed quia imum statuæ firmum non erat; pedes lutei, & fictiles; ideo pretiosam hanc molem lappillus unicus sic contrivit; ut nec testula quidem fuerit relicta, quæ possit esse usui. Sic mala intentio bonum opus quod cunquæ sic conterit, ut ei profusus nihil relinquat boni. Drexel. de Int. l. 1. c. 8.

Facti sunt quasi arcus dolosus. Of. 7. 16. Arcus pravus, vel dolosus, sunt; qui intentionem, quam in Deum dirigere debebant, dirigunt ad creaturas. Corn hic.

Dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones. Luc. 10. 19. Serpentes, id est, dæmones, qui habent venenum in ore, ut serpentes; & in cauda, ut scorpiones: qui actionem bonam nituntur corrumpere in principio, & in fine: in principio intentionem corrumpendo: in fine vanam gloriam suggerendo. Apoc. 9. 19. *potestas eorum in ore eorum est, & in caudis eorum.* Hugo Card. hic.

Quanti mercenarij & c. Luc. 15. 17. Mercenarij abundantes in domo paterna illos insinuant; qui non filiali amore, sed mercede quâdam rerum labentium, & futurorum bonorum, Deo serviunt. Simon Cass. l. 6. cap. 16. Mercenarius est, qui Deo non pro Deo servit. Mercenarius est, qui occasione, non veritate CHRISTUM annuntiat. Mercenarius est, qui quæ sua sunt, non quæ JESU CHRISTI, querit. Hujus panis, est Sapiencia carnis, seu commoditas temporalis. Hic non comedit panem similaginis filiorum; non hordeaceum fervorum; sed panem porcorum, furfuris, sive palearum. Petrus Cell. c. 16. de pane merca.

Queritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus meis. Joan. 6. 26. Propter carnem me queritis, non propter spiritum. Quam multi non querunt JESUM, nisi ut illis faciat bene secundum tempus! impletur quotidie talibus Ecclesia: vix queritur JESUS propter JESUM. V. Beda hic. Similiter Sanct. August. tr. 15. in Joan.



Tit.

TITULUS XVI. INTERIORA.

§. I.

Præ exterioribus cura.

Ex Veteri.

Inspiravit in faciem ejus spiraculum vita; & factus est homo in animam viventem. Gen. 2. 7. Cur non etiam in corpus vivens? Non videtur Deus de exterioribus curare. Escobar t. 2. Perf. Chr. l. 7. Obs. 6.

Mansuetas in Arca &c. Gen. 6. 14. q. d. lines eam lucturam cum fluctibus: sed, quia fieri potest, ut bitumen tibi ad omnia non sufficiat, malo exteriora non limi, quam deesse interioribus, quò oblinantur. Olival. 10. Strom. §. Renovamini spiritu.

Qui prior egressus est, totus rufus erat, & totus in morem pellis hispidus. Gen. 25. 25. Cur exterior species Esau accuratè describitur non Jacob? Scriptura utriusque qualitates juxta ingenium describit. Esau totus in exterioribus, Jacob in internis. Esau venator, & agricola; Jacob vir simplex habitabat in tabernaculis. Sylveira in Matth. 15. l. 6. c. 1.

Offerent caput, & cuncta, qua adherent jecori; intestinis, &c. Levit. 1. 8. Vollebat ex pecore interiora, scilicet viscera, tantum habere. O quantum numero sunt ij, qui cor, & seipfos, Mundo donant; & solum tibi donant exteriora. *Benedic anima mea Domino, & omnia, qua intrà me sunt.* Psalm. 102. 1. Stella de amore Dei Medit. 56. Dum præcepisti, ut te totò corde, & mente, diligeremus; vis ut tibi nostræ animæ interiora donemus. Idem. ib.

Ex toto corde suo omnes orabant Deum. Judith 4. 17. Ex corde Deum non colit, qui externò solum cultu colit, affectu vanò. Veloso hic.

Nonne sicut lac misisti me, & sicut caseum me coagulasti. Job 10. 10. Cortex casei immundus; præcordia lactis referunt puritatem. Escobar t. 2. Perf. Chr. l. 7. obs. 6.

Omnis gloria ejus filia regis ab intrus. Psal. 44. 14. Omnis in abscondito decor justitiae: cum è contra improbus cuncta sua ornamenta corpore præferat, & ostendat. Didac. Niss. l. 2. die Cin. §. 2.

Cor mundum creavit in me Deus. Psal. 50. 12. Non petit sibi novos dari, aut creati, pedes, quibus velocius ambulet; aut novas manus, quibus fortius operetur; non novam linguam, quâ eloquentius loquatur; non aures, quibus audiat subtilius; non denique alios oculos, quibus proximi necessitatem benignius intueatur. Hæc enim nihil sunt, si cor non rectè se habeat, & animus vitijis sit oppletus. At unicum cor mundum sibi dari postulat, & spiritum no-

vum: quæ cum renovata fuerint, ceteræ facultates sensitivæ renovari sunt. Bessius D. 12. Pent.

Fiat cor meum immaculatum. Pl. 118. 80. Pilatus, & Pharisei, lavant manus. Stella in Luc. 11. v. 39.

Leclulus noster floridus. Cant. 1. 16. Sed diu quæsitus in florido leclulo sponsum inveniri non potuit. Nimirum toti in eo sumus, ut externa vireat observantia: & Christus cordis pulchritudine pene solâ delectatur. Si flosculus desit, si leclulus non oleat, de religione conclamatur. Exoriuntur in corde spinæ; neculus lamentatur. Oliva t. 2. Stromat. hic.

Magnus in medi tui sanctus Israel. II. 12. 6. Non tantum est circa te, sed intrà te, in interiori cordis tui: quia proprium opus Christi, est, componere partes secretiores animæ; intrà se, & cum Deo, inclinationes extinguere. Exteriora flagella, sancta quidem sunt, si in Deum referantur; sed in his pura sanctitas non consistit. Idcirco licet aliquis in jejunijs magnos progressus fecerit, silentium observet &c. si tamen cum his omnibus intrà cor ejus passionibus ebulliant, si inani gloriâ inflatur, si regnat in eo ira &c. pro certo habeat, se ad salutem, qui Jesus est, non pervenisse. Diez Circumcisio D.

Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Joel 2. 13.

Ex Novo.

Nisi abundaverit justitia vestra. Matth. 5. 20. Phariseorum justitia in Sacrificio, & aspersione effusi sanguinis; Discipulorum Christi in sacrificio contriti cordis. Illorum in circumcisione carnis; istorum in circumcisione cordis. Illorum in custodia Sabbathi temporalis. Illorum justitia in actionibus corporalibus; Discipulorum verò, & omnium Christianorum, & in virtute animæ, internisquæ virtutibus. Simon Cass. l. 10. c. 17.

Accessit ad eum Centurio, rogans eum. Matth. 8. 5. Cur Centurio non accedit Christum adorans, ut Archi-Synagogus? Matth. 9. 18. & alij Matth. 14. 33. Matth. 20. 20. Marci 5. 6. Resp. fides magna in Centurione actibus internis charitatis, humilitatis, obedientiæ, contenta est; & de exteriori adoratione non multum curat. Sylveira in Matth. 8.

Dicebat intrà se. Matth. 9. 21. Non in multiloquio, nec in externorum operum vano fulgore, sibi complacet Deus; qui, quæ cordi sunt homini, ea æstimare, accipere, gaudet. Bæza t. 2. l. 10. c. 7.

Non surrexit major Joanne Baptista. Matth. 11. 11. Unde nullus major? Salvator aliquid arduum in virtute præ ceteris in ipso cognovit;

gnovit; unde ceteris prætulit. Sibi soli cognitæ sunt omnium hominum mentes: qui non ex eo, quod exterius agit, homines approbat, aut alios alij præfert; sed ex eo, quod interius splendet. Simon Cass. l. 3. c. 3.

Non lotis manibus manducare. Matth. 15. 20. Nihil ad cultum corporis, nihil alienis oculis placitum, suos Discipulos Christus docuerat; sed omnem mundi corporis contemptum. Regni cælorum urbanitatem docebat Iesus, & animarum nitiditatem; non corporum baptismata prædicabat. Interioribus suis intenti exteriorum cultum per omnia parvipendunt. Idem l. 11. c. 21.

Hoc est corpus meum. Matth. 26. 26. Ilud Dominus prætare cupit in nobis Corpore suo, quod verbis suis præstitit, & effectit in azy-mo: nimirum ut totus panis in Christum conversus est, solò candore, odoreque, superlente; qui tamen nutritur à se: ita integram amat cordis nostri conversionem in se. Perique colorem mutant, non cor. Pannò leguntur, exuuntur sericò, comam tondent: cæterum sub Eliæ pallio factus latet Jezabelis. Oliva l. 9. Strom. hic.

Erant iusti ambo ante Deum. Luc. 1. 6. An in hominum conspectu iusti non erant? cur eos laudat de iustitia, non apud homines, sed ante Deum? Titus Bostr. iustum esse ante Deum, id demum solidæ, perfectæque laudis est; qui hominum corda exactè perspecta habet. Etenim secundum externam faciem multi coram hominibus habentur iusti; qui tamen, propter latens in pectore venenum, non sunt ejusmodi, de Castillo. Illat. 115.

Laudatur Magdalena, reprehenditur Pharisæus. Luc. 7. quia hujus obsequia in excipiendo Christo erant solum exteriora; Magdalene plura in corde, quam exteriori opere, fides viva, dilectio fervens &c. quibus carebat Pharisæus. Nihil in ea fuit, quod à corde non procederet; nihil simulatum. Id. ib. Et hæc quidem extrinsecus cuncta faciebat: ea verò quæ in secreto mentis agitabat, multò his erant ignotiora, multoque majora; quæ tantummodo Deus ipse cernebat. S. Chrylost. hom. 6. in Matth.

Intravit in quoddam castellum; & mulier quedam Martha nomine excepit illum in domum suam. Luc. 10. 38. Cur Evangelista non explicat salutationes, & verba, quibus Christus exceptus? Simon Cass. l. 9. c. 33. exceperunt Christum amplius mente, quam corpore; animò, quam hospitio.

Jejuno bis in Sabbato. Luc. 18. 12. Ezechias autem sic loquitur Il. 38. 3. *obsecro Domine, memento queso, quomodo ambulaverim coram te.* Uterque commendat sua opera; indeque repulsam patitur Pharisæus, & Ezechias præmium refert. Eucherius l. 4. in lib. Reg. ecce Pharisæus justificavit se in opere, Ezechias justum se asseruit etiam in cogitatione; atque unde ille offendit, inde iste Domino placuit. Cur hæc? nisi quia Deus singulorum verba pensat, & in ejus aure superba non sunt;

Polyant. Sac. Tom. I.

quæ humili corde proferuntur. Bæza t. 2. l. 10. c. 7.

Percutientes pectora sua. Luc. 23. 48. Percussio illa pectorum, non erat emendatio, sed solidatio, scelerum; ubi per fidem non convertentur ad Christum. *Reveriebantur ad domos,* non autem ad se ipsos: *revertebantur ad domicilium proprium,* sed non *revertebantur ad Dominum.* Simon Cass. l. 13.

Si non laveris te, non habebis partem mecum. Joan. 13. 8. Non dicit, si non laveris pedes; sed te. Eitobar t. 2. Perf. Chr. l. 7. Obs. 6. Sect. 1.

Non tantum pedes meos; sed & manus, & caput. Joan. 13. 9. De corde tacet; quod debebat imprimis Christo offerre lavandum. Bæza l. 3. c. 7. §. 22.

Tunc Simon & ipse credidit. Act. 8. 13. Accesserat Simon magus ad hoc lavacrum; baptizatus est, sed non illuminatus: corpus quidem lavit aqua, cor autem non illustravit spiritus. S. Cyrill. Jerof. præfat. in Catech. Non est speciosa fides, vel confessio in ore; si dilectio non sit in corde. Rupert. l. 8. in Matth.

S. Paulus, cum patrem Publij, apud quem Melitæ triduo hospes erat, ut scribit Luc. Act. 28. 8. febribus, & dysenteria vexatum, solà manu impositione sanavit: suum verò Timotheum à stomachi dolore, alijsque multis infirmitatibus, non absolvit. Cur erga barbarum tam beneficus, erga discipulum tam parcus? Respondet S. Greg. mor. l. 47. c. 11. curatum à Paulo Paganum non Christianum, quia hic totus intus vivebat; cum tota hominis gentilis vita, & voluptas, in corpore posita esset; ut Paulus, tanquam prudens Medicus, ingenio cujusque, & conditioni, antidotum aptaret. Didac. Niss. l. 2. die Cin. §. 2.

Renovamini spiritu mentis vestrae. Eph. 4. 23.

Finis præcepti est charitas de corde puro, & fide non ficta. 1. Tim. 1. 5.

Multum hos oculos exteriores diligis; multum illum anteriorem negligis. - Tota opera nostra, fratres, in hac vita est, sanare oculos cordis, unde videtur Deus. Ad hoc sacrosancta mysteria celebrantur, ad hoc sermo Dei prædicatur; ad hoc agunt, quidquid agunt divina, sanctæque, Literæ: ut purgetur illud interius ab ea re, quod nos impedit à conspectu Dei. Sanct. August. f. 18. de Verb. Dom. apud Oliva t. 3. conc. 10.

§. II.

Exteriora, & interiora, bona sint.

Arcam de lignis Setim compingite, & deaurabis eam aurò mundissimò intus, & foris. Ex. 25. 10. 11. Quidquid in Christo erat, sive intus, sive foris, totum eximium, excellentissimum. Sylveira in Marc. 7. 37.

Cur Enoch integrò ornatu defertur in paradysum. Gen. 5. 24. 4. Reg. 2. 13. - Elias verò projicit Elisæo pallium, cum raperetur? Abulensis dat rationem, q. 5. ad c. 5. Gen. ob quam

Cet. cc Enoch

Enoch non est visus transferri, sicut Elias: quia nullus tunc erat dignus videre eum transferri; sicut vidit Elifaeus Eliam: quia sanctus vir erat. Hinc prioris dubij datur ratio: Enoch non habuit locum iustum, cui tale pignus relinqueret; sicut Elias Elifaeum. Sed cur ad recipiendum pallium Eliae requiritur vir iustus? quia aequum erat, ut illò pallio non nisi iustus operiretur: nè, qui tale haberet operimentum, exterius appareret iustus; cum interius sit peccator. de Castillo Illat. 20.

Quaeris lanam, & linum. Prov. 31. 12. Ex lino confecit interiorem; ex lana exteriorem amictum. Pinna Eth. 27. S. August. s. 217. de temp. invenies dicentem tibi: sufficit mihi conscientia mea. Deum colo, & Deum adoro; quid mihi opus est ad Ecclesiam ire, aut visibiliter Christianis misceri? Linum vult habere sine lana. Non novit, neque commendat, talia opera mulier ista. Invenit hæc mulier lanam, & linum, & fecit utile.

Sicut fragmen mali Punice, ita gena tua. Cant. 4. 3. Gilbertus s. 25. in Cant. bona equidem hæc fractio, per quam interior ceepit virtus eminere; & quæ in carnis cortice continebatur, erumpere gratia: per hæc fragmenta salutis se nobis ubertas effudit. Audiant hæc peccatores illi, qui sibi blandiuntur de intima animi contritione; cum nihil patiantur in splendore vultus, in ornatu corporis, in abundantia convivij, in risu, in hilaritate, non esse integrum. Bæza t. 3. l. 15. c. 7. in Luc. 18.

TITULUS XVII. INTERPRETATIO.

§. I.

Bona.

Ex Veteri.

Bibensq; vinum inebriatus est. Gen. 9. 21. inebriationem Noe Theodoretus q. 65. sic interpretatur: ille primus hominum, compressis ovis, ignorans, quantum esset bibendum, incidit in ebrietatem. Ab inexperientia profecta est ebrietas Noë, non ab intemperantia.

N gavit Sara dicens: non nisi, timore perterrita. Gen. 18. 15. Videtur magnum crimen, coram Deo omniscienti mentiri. Sed Scriptura excusat: *timore perterrita.* Sylveira in Luc. 8. c. 27. q. 3.

Ego sum primogenitus tuus. Gen. 27. 19. Mendacium Jacob S. August. l. contra mendacium sic excusat: Jacob, quod matre fecit auctore, ut patrem fallere videretur; si fideliter, & diligenter, attendatur; non est mendacium, sed mylterium. Per hædinas pelles peccata; per eum verò, qui eis se operuit, ille significatus est: quia non sua, sed aliena, portavit.

Nolite pavere, neq; vobis durum esse videatur. Gen. 45. 5. Veniam promittit,

Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum. Cant. 8. 6. Duabus in partibus corporis signum suæ dilectionis imprimi cupit sponsus; in corde, & brachio: cor enim intimos animi affectus significat; brachium verò opera. Pinna E. thol. 27.

Plorans ploravit. Thren. 1. 2. Secundum Scripturarum sacrarum idioma recte Christi Ecclesia plorans plorare dicitur, sicut & gaudiò gaudere, & vitâ vivere. Quia profecto, sicut magis aliquid, & significantius est, vitâ vivere, & gaudiò gaudere; quam simpliciter gaudere, & vivere: ita majus est dicere, *plorans ploravit*: ut ubertatem insinuet, & perfecta compunctionis interioris, & affluentiam demonstrat lacrymarum exterius: quatenus non minus exterior, quam interior, homo, ad integrum reformatus, abluatur. S. Paschal. hic.

Aris facta est continuo sicinea. Matth. 21. 19. Viderunt sicum aridam factam à radicibus. A radicibus arida facta est: quia non solum in conspectu hominum, qui exterius vident; sed in conspectu Dei, qui interius videt, excicata est: perdidit enim gratiam Dei, & gratiam hominum. Hugo Card. hic.

Percutiebat pectus suam. Luc. 18. 15. ut intamam cordis sui exprimat penitentiam. Quis enim credat, cor esse vere contritum in eo, cui omnia externa sunt integra, & vel à quovis parvo vulnere libera. Bæza t. 3. l. 15. c. 7.

qui offensam excusat. Joseph, quâ potest, arte extenuat fratrum suorum delictum; ut eorum leve animos, & metum pellat. Olear: nec vindicat peccatum, neque saltém exprobrat; sed peccatum opus bonum efficere nititur, imò opus Dei. Alvarez Illustr. 241. hic.

Pro salute vestra misi me Deus ante vos in Egyptum. Gen. 45. 5. S. Ambr. l. de Joseph c. 12. quàm pia fraternitas, quàm dulcis germanitas! ut etiam parricidale excusetur admilsum, dicens; illud divinæ providentiæ fuisse, non impietatis humanæ: quandoquidem non ab hominibus oblatum ad mortem, sed à Domino missus sit ad vitam.

Ex Novo.

Et visò eò rogabam, ut transiret à finibus eorum. Matth. 8. 34. Cur hoc petierunt? S. Chrysof. hom. 29. in Matth. tribuit ingratitude. S. Hier. hic de humilitate eorum interpretatur. Quòd rogant, ut transeat à finibus eorum; non de superbia hoc faciunt, ut nonnulli interpretantur, sed de humilitate: quia se præsentia Domini indignos judicabant. Sic sentit S. Paschasius, Albertus Magnus, Bonaventura.

Cum

Cum autem dormirent homines. Matth. 13. 25. Cur homines, & non servi, vel custodes, dicuntur dormientes? Cajetan: non dicit custodes: si enim dixisset custodes; negligentiam custodum accusari intelligeremus. Sed *dicis homines*; ut inculpabiles intelligamus, naturali somno occupatos.

Nescitis, quid petatis. Matth. 20. 22. Charitas omnia interpretatur in meliorem partem. Noverat Dominus ambitionem Discipulorum, peterent primos accubitus; non tamen ideò ambiciosos, & arrogantes, vocat; imò excusare videtur, quòd ex ignorantia lapsi fuerint. Fernandus in Gen. 3. Sect. 10.

Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Matth. 26. 41. Dormierunt tres discipuli in horto, qui iusti fuerant vigilare, & orare. Eos Dominus non acris increpat; non somnolentos, pigros; inobedientes, vocat; sed infirmitatem carnis inculcat, ut eos excuset. Idem ib.

De qua septem demonia exierant. Luc. 8. 2. Cajetan: noluit dicere, quæ subiecta fuerat universis vitijs; sed excusando quodammodo eam, & demones accusando, dixit: *de qua &c.*

Pater! dimitte illis; non enim sciunt, quid faciunt. Luc. 23. 34.

Quòd Nicodemus nocte venerit ad Christum, Joan. 3. 2. malevoli sinistra interpretabantur; bene tamen Patres. V. Beda: venit Nicodemus ad ipsum nocte, cupiens secretà allocutione ejus plenius discere mysteria fidei, cujus aperta ostensione signorum aliquatenus jam rudimenta perceperat. Rupertus: venit nocte Nicodemus, ut audiret Jesum sine turbà: doctrinæ aptum nocturni silentij bene captavit otium. Albertus M: nocte venit, & secretum significat: quia extra strepitum discere veritatem voluit.

Ex Patribus.

Nunquam potest esse scelus tam clarum, ut defensionis locus non sit. Lactantius l. de ira Dei.

Excusa intentionem, si opus non potes: puta ignorantiam, puta subreptionem puta casum. Quòd si omnem omnino dissimulationem rei certitudo recusat; suade nihilominus ipse tibi, & dicit apud temetipsum; vehemens fuit nimis tentatio. Quid de me illa fecisset si accepisset in me similiter potestatem. S. Bernardus l. 40. in Cant.

Etiamsi perperam factum quid deprehendas; nec sic iudices proximum; magis autem excusa. Excusa intentionem, si opus non potes. Idem ib.

§. II.

Interpretatio mala.

Nunquid Job frustra timet Deum? Job. 1. 9. Pineda: observanda est Job sanctitas mirabilis, cui nihil à Sathana objicitur, præter intentionem, quam pravam esse mentitur, & ignorans certis calumnijs criminatur. *Bona in mala convertens insidiatur, & in Electis imponet maculam.* Eccl. 11. 33. Alvarez Illustr. 241. Animadvertite improbitatem: cum ea, quæ dicta erant, incessere non posset; animi sententiam infectatur; & ad ea, quæ latent, se idcirco refert. Olimpiodorus. apud Escobar. lib. 7. Sect. 3. Obf. 6.

Nunquid interficiet semetipsum? Joan. 8. 22. Quid sanctius Dei verbis: *quò ego vado, vos non potestis venire.* Ea est vitij, livorisque dolabra; ut exasciare possit laurum in patibulum. Oliva. f. 2. D. Quadr.

Amantium cœca judicia sunt, ajebat Theophrastus. Adde, & odientium. Naxera in Jos. 1. §. 32.

TITULUS XVIII.

I N V I D I A.

§. I.

Symbola, & Similitudines.

Comparatur tenebris.

Per diem incurrunt tenebras, & quasi in nocte, sic palpabunt in meridie. Job. 5. 14. Quia tristantur de aliorum bonis: & lux, quæ alijs affulget, invidiæ tenebras offundit; quod grave miseriæ genus est. Pinna Eth. 225.

Si homo lucis esse cœpisti, quæ sunt Christi gere: quia dies, & lux, est Christus. Quid in zeli tenebras ruis? quid te nubilò livoris in volvis? quid invidiæ cœcitate omne pacis, & charitatis, lumen extinguis? Sanct. Cyprianus l. de zelo, & livore.

Polyant. Sacr. Tom. I.

Non sic nubes cœlum, nox diem, solem caligo, quomodo mentem cœcat, & tenebrat, invidia. S. Chrysol. f. 48.

Alia Symbola, Figura.

Ex Veteri, & Novo.

Consurrexit Cain adversus fratrem suum Abel, & interfecit eum. Gen. 4. 8. Revixit Cain, qui ob solam invidiam peremit proditoriè fratrem: Ismaël, qui persequebatur Isaac, ad utriusque hominis mortem: Esau, qui abs re voluit interficere, ut impunè potuisset, &c. Simon Cass. l. 15. de iustitia Christi. c. 4.

Ccc cc 2

Fera

Enoch non est visus transferri, sicut Elias: quia nullus tunc erat dignus videre eum transferri; sicut vidit Elifaeus Eliam: quia sanctus vir erat. Hinc prioris dubij datur ratio: Enoch non habuit locum iustum, cui tale pignus relinqueret; sicut Elias Elifaeum. Sed cur ad recipiendum pallium Eliae requiritur vir iustus? quia aequum erat, ut illò pallio non nisi iustus operiretur: nè, qui tale haberet operimentum, exterius appareret iustus; cum interius sit peccator. de Castillo Illat. 20.

Quaeris lanam, & linum. Prov. 31. 12. Ex lino confecit interiorem; ex lana exteriorem amictum. Pinna Eth. 27. S. August. s. 217. de temp. invenies dicentem tibi: Sufficit mihi conscientia mea. Deum colo, & Deum adoro; quid mihi opus est ad Ecclesiam ire, aut visibiliter Christianis misceri? Linum vult habere sine lana. Non novit, neque commendat, talia opera mulier ista. Invenit hæc mulier lanam, & linum, & fecit utile.

Sicut fragmen mali Punice, ita gena tua. Cant. 4. 3. Gilbertus s. 25. in Cant. bona equidem hæc fractio, per quam interior ceperit virtus eminere; & quæ in carnis cortice continebatur, erumpere gratia: per hæc fragmenta salutis se nobis ubertas effudit. Audiant hæc peccatores illi, qui sibi blandiuntur de intima animi contritione; cum nihil patiantur in splendore vultus, in ornatu corporis, in abundantia convivij, in risu, in hilaritate, non esse integrum. Bæza t. 3. l. 15. c. 7. in Luc. 18.

TITULUS XVII. INTERPRETATIO.

§. I.

Bona.

Ex Veteri.

Bibensq; vinum inebriatus est. Gen. 9. 21. inebriationem Noe Theodoretus q. 65. sic interpretatur: ille primus hominum, compressis ovis, ignorans, quantum esset bibendum, incidit in ebrietatem. Ab inexperientia profecta est ebrietas Noë, non ab intemperantia.

N gavit Sara dicens: non nisi, timore perterrita. Gen. 18. 15. Videtur magnum crimen, coram Deo omniscienti mentiri. Sed Scriptura excusat: *timore perterrita.* Sylveira in Luc. 8. c. 27. q. 3.

Ego sum primogenitus tuus. Gen. 27. 19. Mendacium Jacob S. August. l. contra mendacium sic excusat: Jacob, quod matre fecit auctore, ut patrem fallere videretur; si fideliter, & diligenter, attendatur; non est mendacium, sed mysterium. Per hædinas pelles peccata; per eum verò, qui eis se operuit, ille significatus est: quia non sua, sed aliena, portavit.

Nolite pavere, neq; vobis durum esse videatur. Gen. 45. 5. Veniam promittit,

Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum. Cant. 8. 6. Duabus in partibus corporis signum suæ dilectionis imprimi cupit sponsus; in corde, & brachio: cor enim intimos animi affectus significat; brachium verò opera. Pinna E. thol. 27.

Plorans ploravit. Thren. 1. 2. Secundum Scripturarum sacrarum idioma recte Christi Ecclesia plorans plorare dicitur, sicut & gaudium gaudere, & vitâ vivere. Quia profecto, sicut magis aliquid, & significantius est, vitâ vivere, & gaudium gaudere; quam simpliciter gaudere, & vivere: ita majus est dicere, *plorans ploravit*: ut ubertatem insinuet, & perfecta compunctionis interioris, & affluentiam demonstrat lacrymarum exterius: quatenus non minus exterior, quam interior, homo, ad integrum reformatus, abluatur. S. Paschal. hic.

Aris facta est continuo sicinea. Matth. 21. 19. Viderunt sicum aridam factam à radicibus. A radicibus arida facta est: quia non solum in conspectu hominum, qui exterius vident; sed in conspectu Dei, qui interius videt, excicata est: perdidit enim gratiam Dei, & gratiam hominum. Hugo Card. hic.

Percutiebat pectus suam. Luc. 18. 13. ut intamam cordis sui exprimat penitentiam. Quis enim credat, cor esse vere contritum in eo, cui omnia externa sunt integra, & vel à quovis parvo vulnere libera. Bæza t. 3. l. 15. c. 7.

qui offensam excusat. Joseph, quâ potest, arte extenuat fratrum suorum delictum; ut eorum leve animos, & metum pellat. Olear: nec vindicat peccatum, neque saltim exprobrat; sed peccatum opus bonum efficere nititur, imò opus Dei. Alvarez Illustr. 241. hic.

Pro salute vestra misi me Deus ante vos in Egyptum. Gen. 45. 5. S. Ambr. l. de Joseph c. 12. quàm pia fraternitas, quàm dulcis germanitas! ut etiam parricidale excusetur admittit, dicens; illud divinæ providentiæ fuisse, non impietatis humanæ: quandoquidem non ab hominibus oblatum ad mortem, sed à Domino missus sit ad vitam.

Ex Novo.

Et visò eò rogabam, ut transiret à finibus eorum. Matth. 8. 34. Cur hoc petierunt? S. Chrysost. hom. 29. in Matth. tribuit ingratitude. S. Hier. hic de humilitate eorum interpretatur. Quòd rogant, ut transeat à finibus eorum; non de superbia hoc faciunt, ut nonnulli interpretantur, sed de humilitate: quia se præsentia Domini indignos judicabant. Sic sentit S. Paschasius, Albertus Magnus, Bonaventura.

Cum

Cum autem dormirent homines. Matth. 13. 25. Cur homines, & non servi, vel custodes, dicuntur dormientes? Cajetan: non dicit custodes: si enim dixisset custodes; negligentiam custodum accusari intelligeremus. Sed *dicis homines*; ut inculpabiles intelligamus, naturali somno occupatos.

Nescitis, quid petatis. Matth. 20. 22. Charitas omnia interpretatur in meliorem partem. Noverat Dominus ambitionem Discipulorum, peterent primos accubitus; non tamen ideò ambiciosos, & arrogantes, vocat; imò excusare videtur, quòd ex ignorantia lapsi fuerint. Fernandus in Gen. 3. Sect. 10.

Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Matth. 26. 41. Dormierunt tres discipuli in horto, qui iusti fuerant vigilare, & orare. Eos Dominus non acris increpat; non somnolentos, pigros; inobedientes, vocat; sed infirmitatem carnis inculcat, ut eos excuset. Idem ib.

De qua septem demonia exierant. Luc. 8. 2. Cajetan: noluit dicere, quæ subiecta fuerat universis vitijs; sed excusando quodammodo eam, & demones accusando, dixit: *de qua &c.*

Pater! dimitte illis; non enim sciunt, quid faciunt. Luc. 23. 34.

Quòd Nicodemus nocte venerit ad Christum, Joan. 3. 2. malevoli finitè interpretabantur; benè tamen Patres. V. Beda: venit Nicodemus ad ipsum nocte, cupiens secretà allocutione ejus plenius discere mysteria fidei, cujus aperta ostensione signorum aliquatenus jam rudimenta perceperat. Rupertus: venit nocte Nicodemus, ut audiret Jesum sine turbà: doctrinæ aptum nocturni silentij bene captavit otium. Albertus M: nocte venit, & secretum significat: quia extra strepitum discere veritatem voluit.

Ex Patribus.

Nunquam potest esse scelus tam clarum, ut defensionis locus non sit. Lactantius l. de ira Dei.

Excusa intentionem, si opus non potes: puta ignorantiam, puta subreptionem puta casum. Quòd si omnem omnino dissimulationem rei certitudo recusat; suade nihilominus ipse tibi, & dicit apud temetipsum; vehemens fuit nimis tentatio. Quid de me illa fecisset si accepisset in me similiter potestatem. S. Bernardus l. 40. in Cant.

Etiamsi perperam factum quid deprehendas; nec sic iudices proximum; magis autem excusa. Excusa intentionem, si opus non potes. Idem ib.

§. II.

Interpretatio mala.

Nunquid Job frustra timet Deum? Job. 1. 9. Pineda: observanda est Job sanctitas mirabilis, cui nihil à Sathana objicitur, præter intentionem, quam pravam esse mentitur, & ignorans certis calumnijs criminatur. *Bona in mala convertens insidiatur, & in Electis imponet maculam.* Eccl. 11. 33. Alvarez Illustr. 241. Animadvertite improbitatem: cum ea, quæ dicta erant, incessere non posset; animi sententiam infectatur; & ad ea, quæ latent, se idcirco refert. Olympiodorus. apud Escobar. lib. 7. Sect. 3. Obf. 6.

Nunquid interficiet semetipsum? Joan. 8. 22. Quid sanctius Dei verbis: *quò ego vado, vos non potestis venire.* Ea est vitij, livorisque dolabra; ut exasciare possit laurum in patibulum. Oliva. f. 2. D. Quadr.

Amantium cœca judicia sunt, ajebat Theophrastus. Adde, & odientium. Naxera in Jos. 1. §. 32.

TITULUS XVIII.

I N V I D I A.

§. I.

Symbola, & Similitudines.

Comparatur tenebris.

Per diem incurrunt tenebras, & quasi in nocte, sic palpabunt in meridie. Job. 5. 14. Quia tristantur de aliorum bonis: & lux, quæ alijs affulget, invidiæ tenebras offundit; quod grave miseriæ genus est. Pinna Eth. 225.

Si homo lucis esse cœpisti, quæ sunt Christi gere: quia dies, & lux, est Christus. Quid in zeli tenebras ruis? quid te nubilò livoris in volvis? quid invidiæ cœcitate omne pacis, & charitatis, lumen extinguis? Sanct. Cyprianus l. de zelo, & livore.

Polyant. Sacr. Tom. I.

Non sic nubes cœlum, nox diem, solem caligo, quomodo mentem cœcat, & tenebrat, invidia. S. Chrysol. f. 48.

Alia Symbola, Figura.

Ex Veteri, & Novo.

Consurrexit Cain adversus fratrem suum Abel, & interfecit eum. Gen. 4. 8. Revixit Cain, qui ob solam invidiam peremit proditoriè fratrem: Ismaël, qui persequebatur Isaac, ad utriusque hominis mortem: Esau, qui abs re voluit interficere, ut impunè potuisset, &c. Simon Cass. l. 15. de iustitia Christi. c. 4.

Ccc cc 2

Fera

Fera pessima - devoravit Joseph. Gen. 37. 33. Invidus de profectu deficit, de pinguedine marcescit, de sanitate infirmatur, de vita moritur. Et, sicut *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Rom. 8. 28. ita invidio omnia cooperantur in malum. Duæ sunt filiae Invidiæ: scilicet tristitia in prosperis, & exultatio in adversis; quæ contrariantur specialiter charitati: cujus officium est, gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. S. Bonav. diat. fal. c. 4. de Invidia.

Non poterat videre lucernam Domini, antequam extingueretur. 1. Reg. 3. 1. 2. 3. Per Heli invidus significatur. Diez. Invidus. Heli non poterat videre lucernam, nisi extinctam; sic & invidus proximi opera clara, & bona; sed obscura, & mala. Stella de van. p. 2. cap. 53.

Putredo officium invidia. Prov. 14. 30. hæc est febris putrida.

Dura, sicut Infernus, æmulatio. Cant. 8. 6. Quia, dum Synagoga Christum ad inferos posse se transmittere putavit, ei usque ad mortem corde immisericordi invidit. Ut infernus dura æmulatio extitit: quia sicut Infernus sine misericordiâ, quos tenet, cruciat; sic Judaica plebs Christum apprehendens, sine respectu pietatis, ad mortem trahebat. S. Greg. hic. An non fatis, si mortem imitaretur Invidia? cur Inferni durtiam imitatur? Mors prædatur corpus, animam non extinguit, nec cruciat: Infernus verò & animas affligit. Alvarez. Ilustr. 47.

Vade post me Sathana. Matth. 16. 23. Sathanas interpretatur, adversarius plasmationi. Unde significat Invidiam, quæ semper majoribus adversatur. Hugo Card. in Luc. 8.

Observabant eum. Luc. 14. 1. An forte ut Astrologi observant solem? ita profusus: non tamen ut metirentur ejus altitudinem, aut contemplerentur cursum, aut mirarentur operationes; sed ut maculas per tubos opticos invidiæ se deprehendisse cavillarentur: ut caperent eum in sermone. Horum sequaces sunt omnes invidi: qui maculas etiam in sole quærunt, in virtute vitium, in sanctitate defectum. Schönleben D. 16. Pent.

Equus pallidus; & qui sedebat super eum, nomen illi Infernus, & mors, invidia. *Qui non diligit, manet in morte.* 1. Joan. 3. 14. Sanct. Vincent. Ferr. l. 4. Dom. 2. post Oct. Pasch.

Ex Patribus, & aliis.

Sicut ajunt, viperas, dilaceratò; & disruptò illò ipsò maternò uterò, in quo conceptæ sunt, nasci: ita & Invidiæ natura illam ipsam animam, à qua concepta est; & consumit, & perdit. S. Aug. l. 1. D. 3. Quadr.

Qui invidet, sic est, quomodo tabes, quomodo vulnus, quomodo apostema. S. Aug. appendice ex div. sermone 17.

Maledictus sit talis oculus, qui turbatur in lumine, & in turbine delectatur: qui, cum naturæ vitalem lucem videre non patitur, sed in ca-

ligine illustratur: cui gaudium lucus, lux nebula, bonum malum: cui infelix est felicitas, & calamitas felix: cui adversitas prospera, & prosperitas adversa: cui amica miseria, & ipsa bonitas inimica. Sanct. Cyrillus in Apolog. c. 29.

Basiliscus, ut ajunt, venenum in oculo gerit; pessimum animal, & præ omnibus execrabilia. Nôsse cupis oculum venenatum; oculum nequam, oculum fascinoem? Invidiam cogitato. S. Bernardus f. 14. in Pf.

Invidia est, sicut vermis in ligno, rubigo in ferro, tinea in vestimento. Est similis diabolo, qui velle, ut nullus esset bonus. Est similis nihilo: pro eo, quòd dissimilis est tam Creatori, quam omni creaturæ, sive bono creato. Creator enim communicat bona sua liberaliter, & creatura similiter. Nam videmus in sole; quòd lumen suum communicat omnibus creaturis; & ignis calorem suum; & sic de alijs. Sed invidus non solum non communicat bona sua, sed etiam, quantum in se est, annihilat aliena: quia sibi valde displicent; & etiam cum solus invidus sit nihil, ita vellet, quòd nihil, nisi miseria esset. Sanct. Bonavent. diat. fal. c. 4. de Invidia.

Invidi similes serpentibus Indiæ, qui fugiunt, florentibus arboribus aromaticis; quas etiam arrodere dicuntur, nè florent; quia odorem florum non sustinent. Sic invidi prosperitatem proximi non ferunt. Geminiani l. 5. c. 71.

Bercorius, Pierius, Ricciardus, Lauretus, ignem dicunt symbolum invidiæ: Invidia enim, ut ignis, non nisi excelsa appetit. Didacus Niff. Pol. Coel. p. 1. l. 8. c. 1.

Invidus papilioni similis: qui, dum lucernæ lumen conatur extinguere, seipsum concremat, non extinctâ lucernâ. Diez ser. 4. D. Pass.

Ferunt, Syrenes sæviente tempestate quam suavissimè canere; contra serenò cœlò, & tranquillò mari, tristes obmutescere. Sic invidos aliorum res adversæ oblectant, prosperæ contristant. Cornelius in Eccl. 14. v. 8.

Vultures cadaveribus pascuntur, odore unguentorum enecantur. Ælianus l. 7. c. 3. de animalib.

Luna eclipsata. Lem: *alterius umbrâ*. Picinelli.

Flamma. Lem: *Non sine fumò*. Ut flamma firmior non surrexit unquam sine fumò: sic nec fama sine nube aliquâ livoris. Justus Lips. Cent. ad Belg. ep. 14.

§. II.

invidia seipsam cruciat, & affligit
Exempla.

IRatusq; est Cain vehementer. Gen. 4. 5. Vide, quàm sit homini scelestò gravis virtus, probitas, pietas, & innocentia, bonorum. Quæ res: cur Deus Cainum non statim puniverit? Respond. gravissimè puniri: quæ enim major poena, quàm invidia; huic carnifici torquendum justus Deus dimisit. Fernandus hic Sect. 6. S. Chry.

Chrysof. hom. 18. in Gen. Duplex illi tristitia facta est; eò quòd solus ille repudiatus fuit; & quòd fratris donum acceptum fuit. Et tristitia affectu Cain valde, & concidit vultus ejus. Invidis applica illud Job. 5. 14. *per diem incurrent tenebras; & quasi in nocte, sic palpabunt in meridie.* Quia tristantur de alieno bonis; & lux, quæ alijs affulget, invidiæ tenebras offundit; quòd grave miseriæ genus est. Pinna Eth. 225.

Omnes puteos, quos foderant servi patris illius Abraham illo tempore obstruxerunt implentes humo. Gen. 26. 15. Nihil utilitatis, imò multum damni Palæstinis advenerat ex obstructione puteorum; tamen, quia laborabant invidiâ, & venenatis oculis excipiebant Isaacum, libenter, sibi molesti erant; dummodo Isaac nocerent. de Castillo Ill. 158.

Et divisti illi substantiam. Luc. 15. 12. Utrique scilicet. Cur ergo senior dicit: *nunquam dedisti mihi hadum?* Hoc ad imaginem invidiæ refert Chrysol. l. 4. invidus nihil se habere putat, si alius partem accipiat. Pinna Eth. 225.

Postquam filius tuus hic, qui devoravit substantiam suam &c. Luc. 15. 30. Videt in fratre suo, non conversionem, non humilitatem, *fac me unum de mercenarijs;* sed tantum luxuriam, & dissipationem bonorum. Concitatus erat animus odiò, & invidiâ. Sylveira in Matth. 4. q. 30.

Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum. Luc. 16. 24. Cur tunc? S. Chrysol. l. 66. jam deponere dolos licet: quia tamen Lazarum non potes videre; scitur, quia plus tefelicitas Lazari, quàm gehennæ, torquet incendium. q. d. extrahere cupiebat Lazarum è sinu Abraham, & suis precibus ad Tartara ducere: specie quidem pietatis; scilicet, ut refringeret linguam meam; revera tamen, ut aliquid pareretur; si non pœnarum, certè damni, vel tantillum abstractus suavi Abraham sinu. Hanc fuisse mentem divitis patet ex verbis Abraham: *filii recordare v. 25.* id est, cum super omnia genio apud vivos indulserit, Lazarus verò nihil non mali sit passus, oportet fieri compensationem: scilicet, ut neque tu remissionem aliquam in malis obtineas, neque Lazarus quid mali patiat. Cum id consilij non succederet, aliam ingreditur viam: *Mittas eum in domum patris mei.* Conatur rursus specie pietatis removere, vel ad brevem moram, à gaudijs; imò à conspectu suo, haud ferens ejus beatitudinem. Pinna Eth. 225.

Diabolus in pœnam suam, locum in aere medium inter cœlum, & terram, sortitus est: ut videat, invideat; ipsa invidiâ torqueatur. S. Bernardus l. 54. in Cant. Nam communis sententia Doctorum est, multos demones in aere inter cœlum, & terram, cruciari. Cur ijs hic locus assignatus? ut constituti inter justos, qui jam in patria triumphant; & inter eos, qui sunt in via; utrorumque invidiâ torqueantur. Sylveira in Apoc. 6. q. 38.

Est grave illis malum, est illis incendium non ferendum; quos aliquando habere contemptui, videre felices. Sanct. Chrysol. l. 122.

Alia vitia, & scelera, post hanc vitam non reperient amplius locum, neque affligent: nullus in Inferno superbit, nullus luxuriæ vacat; nullus gula, & abdomini servit: at verò invidia torquet non minus mortuos in Inferno, quàm vivos in terra: & ideo est gehenna anticipata. Schönleben D. 16. Pent.

Sententiæ.

Parvulum occidit invidia. Job 5. 2. Nunquam invidia præstantia virorum pectora aggreditur; sed viles, & abjectos. Dietz f. 4. D. Pass.

Invidia, in alienis bonis est tristitia. S. Greg. Niss. l. 4. de homine c. 12.

Invidus alienum bonum suum facit invidendo supplicium. Sanct. Prosper lib. 3. cap. 5.

Invidi, amici diaboli inimici etiam sui, omnibus odiosi. Ubi isti fieri poterunt boni, qui sunt in bono mali? aut quando bene malis usuri sunt, qui malè bonis uti non desinunt? Id. ib. c. 9.

Invidia intestinus hostis; non carnis quatiq; muros, non elidit septa membrorum; sed in ipsam cordis arietat arcem: & antequàm viscera sentiant, ipsam dominam corporis, animam prædo capit, & adducit inclusam. S. Chrysol. l. 4.

Duæ sunt filix invidiæ: scilicet tristitia in prosperis proximi, & exultatio in adversis; quæ contrariantur specialiter charitati: cujus officium est gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Sanct. Bonavent. dietz. fal. c. 4. de invidia.

Horribile est odium invidiæ: quia omnia motiva amoris præcipua summè vertit in oppositum: accipit enim, ut sibi contrariissima, quæ amantissima sunt. Sanct. Thomas Aqu. in Gen. c. 37.

Invidiæ virus ingessit in animo plerumque tristitiam, unde lætitiã debuit reportare: nam ad gaudium debet animus excitari, cum videt diffusam in hominibus bonitatem. Suum existimat damnum, commodum alienum, & suam diminutionem, alterius augmentum; perditionem propriam, alterius lucrum; in suam convertit injuriam alterius gloriam; suam depopulationem deplorat, alterius abundantiam; & propriam infirmitatem, alterius sanitatem; suam ignorantiam, alterius scientiam; & quidquid boni alteri accedit, à se recedere semper putat. Melius esset invidio, carere oculis, nè videret; auribus, nè audiret, quæ alijs bona proveniunt: quia saltem quietem in animo possideret. Ad felicitatem dicò invidiorum spectaret, semper illos esse in numero captivorum; & ante oculos semper habere lugentes, & sustinentes pœnas continuo contemplari; incolere deserta cum bestijs, effugere hominum civitates: ut videndo infelicia se putarent esse felices; nec videndo felicia tristerentur: qui, ita loquar, ex misericordiã in Inferno

ferno tenderentur, ubi est sempiterna miseria; nè jucundorum intuitu torqueantur. Contra seipsum semper testificatur, qui invidus est: quòd, quibus invidet, minor est; & velut noctua, suam peragit vitam, quæ semper odio habet lumen solis. Simon Cass. l. 8. c. 48.

Chanaan quoq; interpretatur æmulator: æmulator inimicus felicium. Sæpe, nè detegatur, sibimet violentiam facit; & mentitur ore lætitiã in contingentibus bonis, cujus cor pertulit invidiæ venenatas sagittas. Ridebit interdum simicò more: nam verè minimè potest; cum non procedat ex corde lætitiã. Collaudabit fallaciter cuncta opera alterius: domum dicit bene dimensam, quam vellet esse subversam. -- Præfert supellectilem verbis, quam ignis incendijs cremati libentius aspexisset &c. Idem de just. Chr. l. 15. c. 18.

Magnam injuriam faceret Deus invidio, si poneret eum in paradiso: moreretur ex dolore, si videret aliquos inter tot bona gaudere: quia totum vellet pro se: & ideo non intrabit. Sanct. Vincent. Ferr. serm. sup. Orat. Dom. cap. 6.

§. III.

*Invidia malitia.**Ex Veteri, & Novo.*

Nunquid rex noster eris? Gen. 37. 8. Aspere illum increpant auditò somniò primò. Auditò secundò: *vidi per somnium quasi solem &c.* tacent. Cur non utrobique reprehensus? Spicarum manipuli, quia de terra, terrenam portendebant felicitatem. Theodoretus q. 93. in Gen: manipulorum somnium denotant futuram frumenti causã adorationem: siquidem frumenti gratiã in Ægyptum profecti fratres secundum prophetiam eum adoraverunt. At splendida sidera, utpote cœlestia, cœlestem prosperitatem præfagiabant. Et ea est mortalium cœcitas, ut solum invideant terrenis felicitatibus: humana erant illis in pretio, cœlestibus tepidè affecti. Naxera in Jos. 24. §. 17.

Invidia non parit proprio parenti. Testis est Absolon 2. Reg. 15. 10. Non parit fratri: testis est Cain. Gen. 4. fratres Joseph Gen. 37. 28. Et Rachel invidit sorori suæ Liæ, quòd fecunda, & non, ut ipsa sterilis esset. Gen. 30. 1. Non parit amico, & benefactori, ut Saul Davidi 1. Reg. 18. 8. Non parit sanctissimo, & innocentissimo, ut Judæi Christo. Stella de cont. Mundi van. c. 53.

Miserunt Judæi ab Jerosolymis Sacerdotes & Levitas ad eum (Joannem) ut interrogarent eum: tu quis es? Joan. 1. 19. Putabant insipienter; quod, licèt in cœteris vigilantius excubare videretur; attamen humanum quiddam, tanquam homo, sentiret; ac, gloriæ amore illectus, Christum se esse responderet; & deinceps ipsius Jesu fama extingueretur: ob quam omnes oriebantur anxitates. S. Euthymius Zigabonus hic.

Ex Patribus, & aliis.

Invidia, pestiferum malum, hominem in diaboli conditionem, ac in dæmonem immanissimum convertit. Sanct. Chryost. hom. 41. in Matth. 12. Appellat præterea ibidem Invidiam, venenum, turpissimum flagitium, pestiferam bestiam, atque scelestissimam passionem.

Anima, quæ semel possessa fuerit ab Invidia, difficile est, ut virtutes recipiat. Impossibile penè est, remediari animam, quam Invidia possederit. Idem hom. 5. in Marc. c. 5.

Magis puto ejus salvationem sperandam, qui parum boni facit, & benefactis aliorum favet; quàm illius, qui multa, & invidet. S. Anselmus lib. similis. c. 45.

Invidia malum vetustum, prima labe, antiquum virus, sæculorum venenum, causa funeris. Hoc in principio ipsum Angelum eiecit, & deiecit de cœlo: hoc de paradiso hominem, principem nostræ generationis exclusit. S. Chry. sol. l. 4.

Sicut Christus de virtute charitatis dicit Christianis: in hoc cognoscent omnes, quia Discipuli mei estis &c. ita diabolus potest dicere: in hoc &c. si invidiam habueritis ad invicem, S. Vinc. Ferr. D. 2. post Epiph.

Superbia contra Patrem, avaritia contra Filium, invidia contra Spiritum S. Nam Patri attribuitur potentia; qui autem superbit, contra potentiam facit. Filius quasi prodigus fuit: nam seipsum, & omnia, pro humano genere dedit: qui ergo avarus est, peccat contra Filium. Invidia contra Spiritum Sanctum; qui dicitur amborum benignitas. S. Bonavent. in Psal. 77.

Invidus de profectu deficit, de pinguedine marcescit, de sanitate infirmatur, de vita moritur. Et sicut diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum; ita invidio omnia in malum. Sanct. Bonav. diat. fal. c. 4. Invidia.

Excandescens invidiã in consortium, arguit Deum omnium largitorum; quem non potest justè arguere. Simon Cass. l. 15. de justis. Chr. c. 4.

Invidia, etiam ipsã malorum radicem plerumque deterior: nam avarus tunc lætatur, cum accipit; ac invidus, non cum ipse accipit; sed, cum alter non accipit, tunc ipse lætatur. Hieronymus Clarius l. 1. or. 34.

§. IV.

*Invidia sola vult gloriam, & com-
modum.*

Symbole, & Exempla.

Veni, & mitte me ad Pharaonem. Ex 3. 10. Reluctatur, donec Aaron socius in pericula ei adjungitur. *Aaron, frater tuus eris propheta tuus.* c. 7. 1. Montem ascendens, ut dulciter cum Domino converteretur, non ambit Aaronem in comitem. Naxera in Jos. 11. §. 7.

Fabin

Jabin rex Asor misit ad Jobab regem Madon, & ad regem Semeron &c. Joh. 11. 1. Omnium se socium facile exhibuit, omneque dum periculum urget, cupit adstare: imperij tamen gloriam uni sibi ambivit; nec socijs, aut amicis communicavit. Id. ib.

Accidit, - ut diceret Jonathas - ad adolescentem armigerum suum: veni & transeamus ad stationem Philistinorum. 1. Reg. 14. 1. *Extenditq; summitatem virgæ, quam habebat in manu &c.* 1. Reg. 14. 27. Ad savi dulcedinem socium non admisit; nè dulcoris se parte fraudaret. Periculi amavit confortem; dulcedinem voluit expertem. Id. ib.

Videbo celos tuos - lunam, & stellas, quæ tu fundasti. Ps. 8. 4. Cur non etiam solis meminit? S. Petrus Dam. f. de assumpt. B. V. multo aliquid altius claritas habet solis, quam lunæ: quia, etsi illa stellas minores obscuret, non tamen penitus occultat. Hic verò lucidius incandescens, ita sibi siderum, & lunæ, rapit positionem, ut sint, quasi non sint, & videri non possint. q. d. ideò David, eum cætera sidera laudat, solem nè quidem commemorat: quia ille laudem meretur, is Deo acceptus est; qui Lunæ imitator alienum non oculis splendorem. Didacus Niss. Sabb. D. 4. Quadr.

Lazarus cupiens saturari de micis, & nemo ei dabat. Luc. 16. 21. *Mitte Lazarum.* S. Chrysol. f. 66. Dives, qui partem pauperem in bonis præsentibus audire contempsit, in futuris malis compatientem pauperem non meruit invenire. Sibi uni felicitatem amavit; & flammas solus sustineat. Invenisset in calamitate remedium; si in felicitate admisisset confortium. Naxera in Jos. 1. f. 55.

Draco pugnabat, & angeli ejus. Apoc. 12. 7. Lucifer socios traxit ad conflictum, repudiavit ad confortium. *In caelum conscendam.* Is. 14. 13. Solus vult federe. Naxera in Jos. 11. f. 7. Qui sedere præsumpsit, se solò voluit esse contentus. S. Bernardus f. 3. de verb. Isaiæ.

Sententia.

Qui minor est inter vos, hic major est. Luc. 9. 48. Amputavit omnem æmulationem responsò suo; omnem causam, & materiam, mordacis invidiæ eruit, abscidit. S. Cyprianus de zelo, & livore.

Quemadmodum iter facientes per solem necessario comitatur umbra, sic quoque incedentibus per gloriam comes est invidia. S. Maximus f. 54. Plutarchus in Moralib. ubi nullam lumen, ibi nulla umbra: ita ubi nulla felicitas, ibi nulla invidia.

§. V.

Ab invidia alieni admittunt confortes.
Dominus Deus.

Spiritus Dei ferebatur super aquas. Gen. 1. 2. Cur aquæ, præ alijs rebus, habebant splendorem Dei? Videte, quid de aquis dicat: ita scilicet totam occupasse terram, ut non appa-

reret. Quod cum Deus animadvertit, dixit: congregentur aquæ, sub caelos, - & appareat arida; & factum est ita, v. g. Mox aquæ cesserunt terræ, ut ipsa quoque appareret. Juxta hæc dicitur: *Spiritus Dei ferebatur super aquas*: quia ille multum habet de spiritu Dei, qui relinquit locum alijs; ut sint etiam conspicui, & illustres. Didacus Niss. Sabb. D. 4. Quadr. §. 6.

Adduxit ea ad Adam, ut videret, quid vocaret ea. Gen. 2. 19. Tanquam ad creaturarum imperatorem adduxit, ut ea proprijs nominibus insigniret. Nota: dimidium orbis creans Deus, propriâ nominatione condecorat; firmamentum vocans cælum, lucem diem, tenebras noctem, orbem terram, congregationem aquarum maria. Alteram medietatem orbis ex viventibus animalibus, & volucris, compastam, & quidem nobiliorem, homini reservavit; ut ea proprijs ornaret nominibus: ut omnibus innotescat Dei sollicitudo in quærendo hominis honore; ut sit particeps divinæ sapientiæ, & Imperatricis potentia. de Arcones in Il. 2. Disc. 4.

Excogitatio consilio fecit duos vitulos aureos. 3. Reg. 12. 28. Jeroboam, ut vera religione Israëlitæ arceret, Deos mentitur, quos plures effingit: sed honorat ut magnos, quos asserit deitate conformes: est enim quasi divinitatis argumentum, non renuere divinitatis confortium. Derogasset sibi Pater æternus, ni se totum perfecte reciprocasset in Filium; ni felicitatis suæ confortem admisisset æqualem. Filius nec Patre deitate minor; nec Pater Filii majestate potentior. Naxera in Jos. f. 39.

Emulor vos Dei æmulatione &c. 2. Cor. 11. 2. Græc. apud Chrylost. *Zelo vobis sum erga vos zelus Dei*: atque ob id volo animas vestras Christo desponsas, quem amo, & à vobis amari volo. Zelus hominum non vult amari ab alio, quod ille amat. Didacus Niss. Sabb. post D. 4. Quadr. §. 6.

Bonus cum sit, nullius rei invidiâ tangitur: unde & nemini esse invidit; sed omnes esse vult, ut habeat, erga quos benignitate uti possit. S. Athanasius Alex. lib. contra Gentiles.

Bonitati minimè satis erat, suâ ipsius solùm contemplatione moveri: sed bonum diffundi, ac propagari, oportebat; ut plura essent, quæ beneficio afficerentur. S. Gregor. Naz. Or. 42.

Christus Dominus.

In sole posuit tabernaculum suum, & ipse sicut sponsus. Ps. 18. 6. Cur non dicitur, quod procedit ut rex regum, dominus dominantium, princeps universæ terræ? Rex, Dominus, non admittit confortem; sponsus autem cupit sponsam sui confortem. Hinc dicitur ab Ecclesia: veni ecclesia mea, ponam in te thronum meum, Sylveira in Act. 2. v. 21.

Capite nobis vulpes parvulas. Cant. 2. 15. Non putat à se aliena lucra nostra, qui se nobis tam dignanter associat; dum jubet capi vulpes

non sibi, sed nobis secum. S. Bernardus l. 64. in Cant.

In vacuum laboravi; sine causa, & vane, fortitudinem meam consumpsi. II. 49. Sed Paulus gloriatur toties de conversione Gentium, de discipulorum coronante se gaudio; ut etiam illa verba Christi in contrarium vertat Philipp. 2. 16. *non in vacuum cucurri, neque in vanum laboravi.* Et unde Paulo conceditur, quod Christo denegatur? S. Ambros. l. 7. ep. 47. ille dicebat, in vacuum laboravi; per quem meruit Paulus dicere, non in vacuum laboravi; ut boni operis fructum, & Evangelicæ prædicationis gloriam, suis conferret servulis, per quam omnis sarcina laboris absolveretur. Ramirez in ep. 2. Christi ad Episc.

Vidimus stellam jus. Matth. 2. 2. Unde cognoscant, esse stellam Dei? quia sole fulgente radiabat. Sed unde habuit tantam vim? erat peculiaris Domini Stella: & licet aliæ stellæ diei luce obscurantur, & non apparent; tamen hæc stella, cum sit Domini stella, & habeat illius favorem; tota nitet, & fulget. Apoc. 1. 16 de Christo: *habebat in dextris suis stellas septem.* Mox subditur: *& facies ejus sicut sol in virtute sua,* id est, in summa claritate. Quomodo ergo stellæ in manu fulgent? habebant à principe suo favorem. Sylveira Addit. in Evang. Matth. hic.

Vos estis lux Mundi. Matth. 5. 14. *Ego sum lux Mundi.* Joan. 8. 12. In conspectu veræ lucis increata cuncta lumina splendorem accipiunt. Escobar Coll. Chr. t. 3. Obs. 7. Dedit etiam Discipulis, ut lux Mundi essent per gratiam, quia erat ipse lux Mundi. Et quia descenditur erat de cælo, & in cælum ascensurus, Eliam in cælum levavit, inde cum terris placitò redditurus tempore. Baptizaturus quoque in spiritu S. & igne, per Joannem baptismatis sacramenta præmisit; omnia quoque donavit Discipulis suis. S. Ambr. l. 1. de penit. c. 7.

Domine, si tu es, jubet me ad te venire. Matth. 14. 28. Abulens Petrus dubitans dixit: *si tu es &c.* q. d. Dominus meus tam est generosus, ut nolit solus lucere; sed omnes domesticos suos etiam amet, videre illustres. Cum iraque ille veniret ad eos ambulans super mare; si me consortem tantæ gloriæ admiserit, feceritque, ut similiter firmò gressu aquas perambularem; tali argumentò mihi persuasissimum fiet, quòd ipse sit Dominus meus. Didacus Niss. D. infra Ocl. Nat. D.

Resplenduit facies ejus sicut sol. Matth. 17. 2. Non magis, quàm sol: vitavit singularitatem odij matrem. Transi ad alium montem: pendente in patibulo Salvatore *obscuratus est sol.* Luc. 23. 45. Sol passionis se consortem in Calvaria præbuit: quia gloriæ Dominus in Thabore socium illum admisit. Naxera in Jos. x. §. 55.

Duxit illos ad montem. ib. v. 1. Ducere ad montana Discipulos, pars regni est. S. Hier. hic. Ut ejus sibi honoris consortium membra promitterent, qui in capite refulsit. S. Leo. hic. Ad gloriam admittit socios Christus; non verò ad mortem, & passionem; summum amoris sig-

num, in quo vult solus triumphare. Illò usurgente; multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Matth. 27. 52.

Cum sederit Filius hominis - sedebitis & vos. Matth. 19. 28.

Videbitis Filium hominis venientem in nubibus cæli. Matth. 26. 64. Cur in nubibus? 1. Thess. 4. 16. *rapiemur cum illis in nubibus.* Si beati homines in nubibus rapiuntur in aerem; quid mirum est, in nubibus venire Filium Dei in virtute, & gloriâ multâ. Orig. hom. 30. in Matth.

Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Joan. 1. 12. magna benevolentia! unicus natus, & noluit manere unicus. Sanct. August. tr. 2. in Joan.

Ego sum lux Mundi. Joan. 8. 12. Magna Christi gratia, quæ omnia prope vocabula suis Discipulis donavit. *Ego sum lux &c.* id tamen, quò ipse gloriatur, Discipulis nomen indulsit dicens: *vos estis lux Mundi:* Matth. 5. 14. *Ego sum panis vivus.* Jo. 6. 41. *Unus panis, unum corpus multi sumus, omnes.* Omnes qui de uno pane participamus. 1. Cor. 10. 17. *Ego sum veritas vera.* Jo. 15. 1. Et tibi dicit Il. §. 2. *plantavit eam etiam.* S. Ambr. in Luc. l. 6. c. 38. Cur de Joanne dicit Jo. c. 5. 35. *ille erat lucerna ardens,* & non potius lux? Resp. Christus apud nos manens de se dixit: *ego sum lux Mundi.* In cælo autem cum suis regnans lucerna vocatur. Apoc. 21. 23. *lucerna ejus est agnus,* Reliqui sancti dicuntur lux participatione Christo lucente in Mundo; At Joannes participat in vita lucem regnantis, quia vocavit Christum *agnum Dei.* Joan. 1. 29.

Et fecit nos regnum, & Sacerdotes Deo. Apoc. 1. 6. Rupertus hic: Rex, & Sacerdos, solus erat Jesus. Reges, & Sacerdotes facere de servis peccati proposuerat; & idcirco sanguinem fundebat.

Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo. Apoc. 3. 21.

Sancti, & probi.

Ex Veteri.

Moyse solus imperium suscipere recusabat; sed ut primùm accepit socium Aaronem, libens acquievit. Ex. 4. 14. 18.

Congrega mihi septuaginta viros de seminibus Israël. Num. 11. 16. Moyse unicus erat Legis doctor, & solus populo fundebat oracula; & tamen audivit à Domino: *congrega &c.* Nec agrè tulit, quòd doctrinæ spiritus per plures divideretur. Rupertus l. 6. de gloria Trinit. c. 19. Mira pietas Dei, mira benignitas Moyse: quò enim aliò modò satis populo facere potuit; quatenus videretur non solus gloriari. Baeza t. 1. l. 5. c. 8. §. 12.

Fleverunt pariter; David autem amplius. 1. Reg. 20. 41. Cur hic amplius lacrymas fundit? quia ubi de regno ab amico in se transferendo audit; ubi se pro Jonatha regnaturum excipit; sic agrè id fert, ut dolori, & lacrymis

coptio-

copiosis indulgeat. Id est bonorum amicorum precipuum, ut bona sua amicis postponant. Baeza t. 2. l. 8. c. 3. §. 12.

Tu regnabis super Israël: & ego tibi ero secundus. 1. Reg. 23. 17. Ælredus in speccharit. l. 3. c. 19. o virum summis laudibus effe- rendum, virum expertem invidia; qui amicum regno prætulit; qui, quod videbatur suum, esse voluit alienum.

Magnificate Dominum mecum. Pl. 33. 4. Vilitas ista carnalis singulariter perfrui deside- rat, quod delectatione avida concupiscit. Spiritu- alis autem gratia non vult sola facere, quod multis proficit ad salutem; ne inter officia sancti- tatis detestabilis invidia miscetur. Cassiodo- rus hic.

Surgam, & circumibo civitatem - qua- ram quem diligit anima mea. Cant. 3. 2. Invento eo ait: *tenui eum, nec dimittam; donec introducam illum in domum matris meae.* v. 4. Putabam in sui cubuli secretum adducendum, ut liberius illò frueretur: & audio in matris domum deducendum. S. Bernardus f. 79. in Cant. magna Ecclesie charitas, quæ ne æ- mulæ quidem Synagogæ suas delicias invidet. Quid benignius? quam, ut quem diligit anima sua, ipsū communicare parata sit inimicæ. Na- xera in Jos. 11. §. 7.

Venite, & ascendamus ad montem Do- mini. Il. 2. 3. Cùm Isaias ait, venite ambule- mus, non cupit solus ascendere; nec specie exi- miâ, nec beatitudine summâ, solus frui. Pars enim felicitatis aeternæ est, gloriæ Dei plures habere consortes. Arcones hic.

Sanctus! sanctus! sanctus! Dominus Deus exercituum. Il. 6. 3. Cùm vates has Dei laudes audiret, ait: *ve mihi, quia tacui* v. 5. *ve mihi* mutò inter vocales Angelos! Non invidet felicitati Angelorum; sed laborum suo- rum dolet, & deplorat, immuditiam; per quam hoc ei non licebat, quod illis. Et quid illi hinc commodi? Seraphim calculo ejus labia emunda- vit. Et nota, quod ait: *volavit ad me unus de Seraphim* v. 6. ut significaret, quàm facile proficiat, qui non dolet aliorum abundantiam, sed suam deplorat inopiam. Didacus Nissenus f. 3. D. 1. Quadr.

Ex Novo.

Etiā Domine: nam & catelli &c. Matth. 15. 27. An fortè subrata invidit Israëlitis panem beneficiorum, quibus illi fruebantur? S. Chrysostr. vides prudentiam mulieris? vides, quomodo non contradixit, nec de aliorum laudi- bus doluit. Non indoluit felicitati alienæ, sed indoluit miseriæ propriæ; sicque profecit. Di- dacus Niss. f. 3. D. 1. Quadr.

Dic illi, ut me adjuvet. Luc. 10. 40. Non tædiò affecta ministerij, sed fatigata labore; non invida sorori, non querens requiem; non sollicita permutare officia cum sorore, non tentans ejus pacem perturbare, in hæc verba Martha prorupit: sed dignum suo censebat in animo,

quòd sibi ministraturus totus Mundus assurgeret, se indignam existimans, esse solam relictam, mi- nistraturam tanto Domino, & ad serviendum toti Collegio. Petit adjutorium, nolens tamen re- linquere ministerium; collegam quarit in officio, non quiescere. Simon Cast. l. 9. c. 33.

Dixit ergo Discipulus ille, quem dilige- bat: & Esus, Petro, Dominus est. Joan. 21. 7. Da mihi Joannem, qui, cùm solus Christum ag- noverit, locum moneat, & se ab eo præveniri patiatur. Olivat. 2. Strom. §. Vado piscari.

Respice in nos. Act. 3. 4. Cùm solus Petrus, loquitur, non ait, respice in me, sed in nos. S. Basilii Seleuc. Or. 21.

Siquidem cum utroque vinculi effectio, ex utroque curationis profecta est gratia. Etsi enim solus loquitur Petrus, tamen adjutor est Aposto- lus. Petrus non solus vult laudari, sed Joannem habere socium. Sylveira hic.

Ajuxit illas, quæ mecum laboraverunt. Philipp. 4. 3. Non recusat Apostolus fecinas adjutrices; nec ille cupit sibi adscribi labores om- nes. Baeza t. 2. l. 8. c. 3.

Miscellanea.

Cernens Rachel, quòd infecunda esset, invidit sorori suæ. Gen. 30. 1. Querit Abu- lensis, quomodo Rachel invidere potuerit? non doluerit sanè Rachel de sororis suæ fecunditate. Respondet: duplex esse genus invidiæ; unum laude, alterum vituperiò, dignum. Vitiosa in- vidia est, quæ de alieno vel bono doles, vel malo gaudes. At laudabilis invidia importat dolorem de defectu proprio, in comparatione ad aliquem, habentem id, quòd iste caret. Et sic invidit Ra- chel, inquit Tostatus: eamque invidiam laudat ipsa Scriptura: dicit enim in sequentibus: *reco- rdatus quoq; Dominus Rachelis exaudivit eam, & aperuit vulvam ejus.* v. 22. Di- dacus Niss. f. 3. D. 1. Quadr.

Aquila grandis magnarum alarum venit ad Libanum. Ezech. 17. 3. Cur inter tot montes ad Libanum evolavit? Libanus cedris speciosissimis ornatur, & nivium candore. Huc pessima aquila intendit volatum; ut eximium obscuret candorem, aut emedullet cedrum. Na- xera in Jos. 16. §. 7.

Emulamini charismata meliora. 1. Cor. 12. 30. Verbum *amulamini* videtur scrupulum movere posse. Bene illud, si Apostolus, invide- re, & non amulamini, diceret. Cùm jubemur amulari charismata meliora, non dolere de alieno commodo, sed de nostro defectu, jubemur. Di- dacus Niss. f. 3. D. 1. Quadr.

Non potest superbus non esse invidus: in- vidia filia est superbiæ. S. August. f. 53. de Verb. D.

Invidentia aliunde non est, quàm ex eo, quòd rebus præsentibus es addictior. Nam si pecuniam, & Mundi hujus gloriam, nihili fecis- ses; nihil utique invidiæ erga eos, qui istis po- tiuntur, sensisses. S. Chrysostr. l. 2. in c. 2. ep. ad Philipp.

TITULUS XIX.

S. JOANNES BAPTISTA.

§. I.

*Figurae, & Symbola.**Ex Veteri.*

DUORUM in Veteri Testamento conceptio, & natiuitas, fuit per Angelum nuntiata, Isaac Gdn. 18. 10. & Samsonis. Judic. 13. 3. Duorum in Novo, Joannis, & Christi. Isaac, qui interpretatur *risus*, figura fuit Joannis, de quo scriptum est: *multi in natiuitate eius gaudebunt.* Et in ejus, scilicet Isaac, conceptione nuntiandâ mittitur Angelus tantum ad patrem. Samson, qui interpretatur *sol eorum*, figura fuit Christi: quia & Samsonis conceptio prius per Angelum fuit soli mulieri nuntiata. Hugo Card. in Luc. 1.

Vox Domini super aquas. Pl. 28 3. Voce tonitruum, juxta S. Basilium hom. 2. hic, Joannem comparat Pfalteres. Sicut ante pluviam præcedit vox tonitruum; sic, antequam veniret illa pluvia, de qua Il. 47. 8. venit Joannes tanquam fulgur, & vox terrificæ peccatores terrens, & provocans ad pœnitentiam Luc. 3. 7. Vox Domini super aquas, inquit S. Basilium, est Joannes baptizans in Jordane. de Ponte in Cant. 2. Exh. 1. §. 2. Hic Joannes septies dicitur *vox*, propter septem doctrinas, quas prædicabat. 1. doctrina baptismalis. 2. pœnitentialis. 3. magistratilis. 4. increpativa. 5. correctiva. 6. reprehensiva. 7. instructiva. Sanct. Vincent. Ferr. D. 4. Adv. f. 1.

Levavi oculos meos in montes. Pl. 120. 1. Montes possunt intelligi homines magni, homines clari. Et quis major est Joanne B. ? qualis ille mons erat, de quo Dominus ipse dixit: *non surrexit major.* Matth. 11. 11. S. August. hic.

Meliora sunt ubera tua. Cant. 1. 1. Quamquam perfecti viri Apostolici, qui præsentunt populo Christiano Doctores, ubera Christi intelligantur, per quos Christus parvulos nutrit; tamen non erit inconueniens, duo ubera Christi, Baptistam, & Evangelistam, duos Joannes, intelligi propriè; qui Ecclesiæ plenissima ubera sunt propinati: Apponius hic.

Vox dilecti mei. Cant. 2. 8. Multi Patres sic exponunt: iste Præcursor, quem audio, non est quidem Dilectus; sed vox Dilecti clamans, & ostendens illum mihi, dicens: ecce iste vester Dilectus jam venit. Totus enim Joannes, ex quo in utero matris fuit sanctificatus, fuit vox Christi. In utero salu testatur jubilans præsentiam Christi, ac si matri diceret: *ecce iste venit.* Deinde natiuitas, egressus in desertum, stupendus victus, prædicatio, & quidquid in eo conspiciatur; vox erat inducens ad fidem, ad pœnitentiam, ad observantiam legis, ad præparandam viam Christo. de Ponte hic Exh. 1. §. 2.

Vox surturis audita est in terra nostra. Cant. 2. 12. Per turturum S. Greg. Nyssenus hom. 5. in Cant. Epiphanius hæresi 59. & alij Patres, intelligunt Præcursores Domini; cujus præcipua vox fuit: *pœnitentiam agite.* Idem hic Exh. 20. Vox clamantis fuit Præcursor iste. B. Theodoretus hic. Joannes est turtur. Is est præcursor præclari hujus veris; qui hominibus ostendit pulchros flores virtutis; ostendebat florem, qui exit è radice Jesse. S. Greg. Nyss. hic. hom. 5.

Ecce egomitto Angelum meum. Malach. 3. 1. Angelus vocatus est Joannes, & propter Angelicam vitam, ac ferme materia expertem; & propter hoc, quod nuntiavit Christum, Theophylactus. Angelum appellavit, quasi Angelicam degentem vitam; eo quod super terrena eleuabatur, ac celestia sapiebat. Euthymius. Cum Christus Deus nasceretur in carne, Joannes Angelus est generatus in terris: ut in terra Deo Angelus, Domino celestis ordo obsequij, non deesset. S. Chrysol. f. 89. Sed in celo ministrant millia millium angelorum in novem choris: quomodo ergo unus Joannes in terris ad tantum obsequium destinatur? Merito sanè: quia, quod millia millium celestium spirituum præstant, unus solus Joannes adimplere potest. Sylveira in Luc. 1. q. 8.

Ex Novo.

Si vultis recipere, ipse est Elias. Matth. 11. 14. Elias Joannes dicitur; non secundum stultos Philosophos, & quosdam hæreticos, qui metempsychosim introducunt; sed quia venerit in spiritu, & virtute Elæ. Sed & vitæ austeritas, rigorque mentis, Joannis, & Elæ, pares sunt. Ille in eremo, iste in eremo; ille zonæ pellicæa cingebatur, iste simile habuit cingulum; ille quondam regem Achab, & Jezabel, impietatis arguit, fugere compulsus est; iste, quia Herodis, & Herodiadis, illicitas arguit nuptias, truncatus. S. Hier. hic.

Ego vox clamantis. Joan. 1. 23. Non ait tantum, ego sum vox, sed & clamantis; vox scilicet, ut ad fidem consequendam; vox aures penetraret, clamor corda concutiat: vox regnum prædicat, clamor judicium comminatur. Sanct. Ambr. 6. de Nat. S. Joan. B. Vox est præparativa auditus hominum. Primum enim inarticulatam vocem sonantem reddere solent clamantes, è longinquo vocantes eos, qui ab ipsis aliquid audire debent. Et ubi illi vocem solam audierint, & mentem ad audiendum converterint, auresque præparaverint; tunc is, qui sonantem vocem emisit, de cetero distinguit sermonem, quem dicere voluit. Sic etiam Joannes vox fuit, aures hominum præparans. Non enim erat ipse Verbum, sed post ipsum venit Verbum, propter quod vox præparativa fuit. Et propterea dicit: ego

ego vox clam. &c. parate viam Domini: Vox enim preparat; Dominus autem ingreditur vias preparatas. Sanct. Epiphanius hærel. 69.

Illum oportet crescere, me autem minui. Jo. 3. 30. Crescere scilicet concursu populi, famâ, & auctoritate; ut totus Mundus eum ut Christum agnoscat, amet, colat: me autem, ut merum ejus Præcursores, & ministrum, æstimet. Sicut Lucifer in aurota fulgens, sole appropinquante, per ejus splendorem obscuratur. S. Cyrillus. Præcessi solem tanquam sidus matutinum; abscondi necesse est ortò jam sole. S. Bernardus in Nat. S. Joan. B. Joannes B. est Lucifer, qui præcessit ortum solis: sed abscondus est ortò sole: quia non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de Lumine. Joan. 1. 8. Hugo Card. in Luc. 1. S. Joannes B. dicitur Lucifer, seu stella matutina: quia, sicut Lucifer præcedit solem, & est major, ac clarior, cæteris stellis; ita &c. S. Vincent. Ferr. l. 3. de Nat. B. V. Lucifer. Lem: *Præsentem nuntiat.* Picinelli.

Luna. Lem: *Cedit diurno sideri. Illum oportet crescere, me autem minui.* Joan. 3. 30. Picinelli.

§. II.

S. Joannis Nativitas, & circumcisio.

Non erat illis filius, eò quòd esset Elisabeth sterilis; & ambo processissent in diebus suis. Luc. 1. 7. Non dixit, non erant illis filij, sed, non erat illis filius: ut in filio singulari tota fecunditas pensaretur. Sanct. Chrysostomus l. 81.

Quia magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa. Luc. 1. 58. Cur natiuitas Joannis misericordia vocatur? Si ratione sterilitatis velis solutionem dare; non stat firma ratio: quia etiam Abraham erat senex, & Sara sterilis. Gen. 18. 11. & tamen de ortu Isaac nil simile scriptum. Resp. Natiuitas Isaac non dicitur gratia, vel misericordia, Abrahamo facta: quia proprijs meritis illam consecutus est, ut tradunt communiter Patres. At ortus Joannis vocatur gratia, & misericordia, suis parentibus concessa: quia, licet essent *justi ambo, & incederent in omnibus mandatis Domini.* Luc. 1. 6. tamen tantus, ac talis, puer eorum merita longè transcendit. S. Aug. in Append. l. 84. Joannes supra humanorum fuit mensuram meritum. Sylveira in Luc. 1. c. 8.

Erit gaudium tibi. Luc. 1. 14. Patri promittitur gaudere in filio: quoniam gloria est patris filius sapiens; magis autem virtutibus fulgens. Sed nec commune bonum unius duntaxat debet esse lætitia, sed etiam plurimorum. Unde multi in Natiuitate ejus gaudebunt. Simon Cass. l. 3. c. 1.

Fuit homo missus à Deo. Jo. 1. 6. Græcè: extitit homo datus à Deo. Cui nomen erat Joannes. Quare ante officium ponitur nomen Joannes? Joannes significat gratiam; & in ipso nomine Joannis, ut ait hic S. Thomas, signi-

Polyant. Sacr. Tom. I.

ficatur idoneitas, & sufficientia, ad officium: & antequam Evangelista scriberet ejus munus, voluit nobis aperire ejus sufficientiam; quia semper prius est consideranda. Sylveira hic q. 42.

§. III.

S. Joannis Nomen.

Joannes est nomen ejus. Luc. 1. 63. apertum est illico os ejus. O magnum nomen! quod patri vocem; populo Sacerdotem, uxori virum, per usum loquelæ, restituit. Et magno factum est hoc prælagio futurorum: quoniam sola gratia linguas hominum facit in veritate differas; sola gratia miracula operatur. Simon Cass. l. 3. c. 1.

Nomen illi erat Joannes, certam planè ob causam: quia videlicet totius ejus prædicationis summa, fuit Domini gratia. S. Rupertus l. 1. in c. 1. Joan.

Quare Joanni ante natiuitatem nomen datur, cum alijs, ut Abraham, Sara, Jacob, & Petro, ad ultimam senectutem nomen reservetur? Resp. quia nomen à Deo impositum sine effectu significatò esse non potest. Joanni ante natiuitatem nomen datur; quia ab ipso utero, mediante Dei gratiâ, mirabilia virtutum operaturus erat: alijs verò non in infantia, sed in senectute, nomen datur: quia tunc ad præclara facinora destinabantur. Sylveira in Luc. 1. q. 18.

Postulans pugillarem scripsit &c. ib. Cur Zacharias scripsit nomen Joannis? Tertull. l. de idolol. c. 23. Zacharias temporali vocis oratione multatus cum animo collocutus linguam irritam transit, manibus suis à corde dicitur, & nomen filij sine ore pronuntiat: loquitur in stylo, auditur in cera; manus omni sonò clarior, litera omni ore vocalior. Rectè dicitur, scriptum Joannis nomen, propter firmitatem indelebilem: ut ostendatur, nomen ejus scriptum in libro vitæ. S. Bonav. hic. Nomen Joannis non pronuntiat linguâ Zachariæ, sed scribitur ejus manu: lingua adhuc erat immunda ob incredulitatem. At verò manus erat purificata, quâ incensum offerebat: & nomen Joannis adeo sanctum, & excellens est; ut non linguâ inquinatâ; sed manu purâ, possit capi; hinc nec vicini exprimunt: *nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine.* Non dicunt, qui vocetur Joannes. Sic Sanctissimum nomen JESU divinâ dispositione non pronuntiat ore P'platus, sed manu scribit: nam licet ipse totus sordidus, manus tamen lota erat. Sylveira hic.

§. IV.

S. Joannis officium.

In diebus illis. Math. 3. 1. Tractaturus Evangelista in sequentibus de conversatione, doctrinâ, & miraculis, Christi, primò de Præcurfore ipsius mentionem inducit; sanctitatem, idoneitatem, doctrinam, & vitam, Joannis describit: ut innotescat, quàm dignum, & credibile, sit testimonium ejus de Christo. Christus ergo, qui est lux vera, summa, & infinita; sciens

Ddd dd 2

sciens Mundum sui non immediatè esse capacem; præmisit magnum sui adventus præparatorem; qui corda Judæorum ad Christi receptionem disponeret. Dionys. Carthuf. hic.

Cùm audieris, quòd fuerit *missus à Deo*; nihil privatum, vel humanum, dicere putes, sed divina omnia. Et idcirco etiam Angelus dicitur: Angeli enim virtus est, nihil proprium dicere. Theophylactus in I. Joan.

§. V.

S. Joannis varia laudes.

PRæcellit cunctis, eminet universis, antecedit prophetas, supergreditur Patriarchas; & quisquis de muliere, inferior est Joanne. S. Ambr. l. 65. de Nat. S. Joan. B. Idem habet S. August. l. 64. in Nat. S. Joan.

Joannes scholâ virtutum, magisterium vitæ, sanctitatis forma, norma justitiæ, virginitatis speculum, castitatis exemplum, poenitiæ via, peccatorum venia. -- Joannes major homine, par Angelis, Legis summa, Apostolorum vox, silentium Prophetarum, Lucerna Mundi, Præcursor Judicis, Christi metator, Domini testis, totius medius Trinitatis. S. Chrysol. hom. 16. in Matth. 15.

Considerate Monachi dignitatem vestram: Joannes princeps vestri est dogmatis, ipse Monachus. Idem hom. de S. Joan. B.

Complementum est omnium Prophetarum. Sanct. Macarius hom. 28. de Sanct. Joan. B.

Veniat, veniat Præcursor Verbi, Sacerdotij speculum, sanctitatis exemplum, Evangelistarum princeps, clausula Prophetarum. S. Chrysol. l. 86.

Nascitur major homine, par Angelis, tuba coeli, Præco Christi, arcanum Patris, Filij nuntius, signifer superni Regis; peccatorum venia, Judæorum correctio, vocatio Gentium; & ut proprie dicam, Legis, & gratiæ, fibula. Id. l. 91.

Idem vocat S. Joannem: Regem sapientem, egregium Judicem, censorem morum &c. l. 173.

Charitatis liber, vitæ via, Martyrum decus, patientiæ fastigium, & poenitiæ propalator. Sanct. Laur. Just. l. in Nat. Sanct. Joan.

Archidux Novi Testamenti. S. Cyrill. Jerof. Catech. 10.

Quid existis videre in deserto? Etsi moretur in desertis; non est tamen arundo deserti, sed cedrus paradisi, columna coeli, gloria generis humani, miraculum Mundi. Guarricus l. 4. de eodem.

§. VI.

S. Joannis Prædicatio.

VOx clamantis. Matth. 3. 3. Animas credentium præparabat, in quibus ambulaturus erat Dominus; ut purus in vijs purissimis ambularet, dicens Levit. 26. 12. *habitabo in eis, & inambulabo; & ero Deus ip-*

sorum &c. S. Hier. in Matth. l. 1. c. 3. Ita legit S. Hieron.

Desolvit eum in carcere. Marci 6. 27. Cujus gratiâ Herodes non jussit Joannem in convivio intus occidi, & major illi fuisse voluptas? timebat, nè præfens vifus omnes suo aspectu mutaret. S. Chrysol. hom. 28. in 2. Cor. 12. Convivas ad sobrietatem traduceret vultus pietatem spirans; regem ad misericordiam inflecteret, ad revocandam capitis sententiam cogeret, extorqueret lacrymas, afflaret castitatis amorem. Arcones in l. 3. Disc. 13.

Venit in omnem regionem Jordanis prædicans. Luc. 3. 3. Cœlestia Præcursor dogmata audierat in deserto, quæ non reclusit pectore avarus fons; sed venit in omnem regionem Jordanis, alijs prædicans baptismum poenitiæ. Edocens, auditores verbi debere in concionatores converti, alijs proferentes, quæ audierunt. Ecolbar tr. Coll. Chr. Sect. 2. Obs. 1. Primus universam Ecclesiam catechizat. Guarricus l. 1. de eodem.

Vox clamantis. Joan. 1. 23. S. Joannes totus erat vox; ejus paupertas, austeritas, vita tota, erat vox; omnia clamabant, omnia sanctitatem, & virtutem, prædicabant. Diez conc. 3. D. 3. Adv.

Erat lucerna ardens, & lucens. Joan. 1. 35. Ardens in se, lucens alijs; ardens increpando, lucens instruendo. Hugo Card. in Gen. c. 28. Lucet Joannes tanto utique clarius, quanto amplius fervet; tanto verius, quanto minus appetit lucere. S. Bernardus l. 3. de verb. If. Lucebat alijs, quia ardebat. S. Thom. Vill. de eodem. conc. 2.

§. VII.

S. Joannis virtutes.

Num. I.

Humilitas.

EGO vox clamantis. Joan. 1. 23. Cur Joannes de se non dicit, quòd sit filius Zachariæ; sed quòd sit vox? Poterat Joannes multis titulis dicere, quòd esset Zachariæ, Doctor, Præco, & Præcursor Domini: his tamen omisiss, de se tantum ait, quòd sit vox. I. vox est quidam quasi sonus, & veluti quidam aer, res tenuissima. Et hoc de se humilis spiritus Joannis testatur, 2. omnibus speciosis titulis prætermisiss, Joannes tantum de se ait: *ego sum vox*: ita ut neque Sacerdotalis dignitas, nec prophetalis auctoritas, nec Angelica sanctitas, in eo attendenda esset; sed hoc tantum, quòd sit Dei vox; seu, quòd Dei voce loquatur: nec enim in Doctore consideranda est persona, sed quòd vires Dei gerat. Sylveira hic.

Amicus sponsi, qui stat. Joan. 3. 29. Quare stat? quia non cadit. Quare non cadit? quia humilis est. Ille Præcursor Domini in solida petra stabat, dum ait: *non sum ego Christus*, non sum ego sponsus &c. V. Beda hic.

Ille erat lucerna &c. Joan. 5. 35. Lucerna Joannes esse dicitur ob suam præcipuam humilitatem, sui que contemptum. Cum enim tanta esset virtus, ut à populis Christus crederetur; confessus est Christum, & se minimè negavit, quis esset. Sanct. Laurent. Just. de eodem.

Num. II.

Zelus.

Mittens duos ex Discipulis suis ait &c. Matth. 11. 2. An dubitavit Joannes? minimè. Cur ergo Discipulos mittit ad Dominum quæsiturus: *tu es, qui venturus es?* S. Hilarius: non suæ, sed Discipulorum, ignorantia consulti Joannes minus: præclari enim Præfatis, Domini, ac patrisfamilias, est, subditos, ac filios suos, ad Dominum adducere. Escobar t. 3. Coll. Chr. Obs. 7.

Volebat Joannes Discipulos suos Christo adjungere: tanquam si providus pater moriens filios suos consignet tutori: desiderabat enim vivens plenam fidem videre Discipulorum. Auth. Imp. hic.

Num. III.

Reliquæ virtutes.

Ex Novo.

Esca autem ejus erat locusta, & mel, sylvestre. Matth. 3. 4. S. is probabiliter S. Isidorus Pelusiota, Euthymius, Dionys. Carth. Albertus M. testantur, quasdam esse herbas, seu arborum folia, quæ in illis partibus dicuntur locustæ. Et Brochardus, in lib. de sancta terra, asserit, se in Palæstinæ monasterijs, quæ Jordani sunt vicina, herbas sæpe edisse, quas ibi Monachi locustas vocant. S. Hier. l. 2. adv. Jovin. S. Hilarius, S. Thomas, Theophilaclus, Beda, asserunt, locustas, quas Joannes edebat, fuisse animalia satis nota: nam inter cibos mundos Lex locustas numerat. Levit. 11. 22. & ijs Judæi utebantur cum sale; Joannes verò solum sole siccat. Sylveira hic q. 27.

Arundinem ventò agitatum? Matth. 11. 7. Negatur, quia Joannes arundo ventò agitata fuerit: quoniam mentis ejus fortitudinem nulla humani oris aura flecebat. Nos enim, si

laudibus erigimur, aut vituperationibus humiliamur, arundo ventò agitata fumus. Gregor. l. 9. ep. 39.

Qui preparabit viam tuam ante te. Matth. 11. 10. Vatablus, & Hebr. *verret*, seu *emundabit viam tuam*. Fuerunt, teste Cyrillo. l. 1. in Joan. c. 7. qui falsò dixerunt, Joannem natura, non hominem fuisse, sed Angelum; in specie tamen humanæ naturæ prædicantem apparuisse. Auth. Imp. hom. 27. puto, quòd gloriosior est Joannes, quia homo fuit, & propter virtutis meritum Angelus est vocatus; quam si nomine Angelus, & naturâ, fuisset. Angelus enim hoc ipsò, quòd Angelus, non est virtutis præmium, sed naturæ proprietas. Iste autem mirabilis est, qui in humana natura Angelicam sanctitatem transgressus est; & obtinuit, quod non habebat natura, per gratiam.

Omnes existimabant, Joannem esse Christum: quoniam in moribus, & in vita, in habitu, & sancta conversatione, alijs omnibus dissimilis erat. S. Eusebius Emis. D. 4. Adv.

Elisabet impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Luc. 1. 57. Tempus ileitur infantia; quia infantia impedimenta nescivit. Et ideo in Evangelio nihil super eo legimus, nisi ortum ejus, & oraculum; exultationem in utero, vocem in deserto. Neque enim ullam infantia sensit ætatem, qui supra naturam, supra ætatem, in utero positus matris, à mensura perfectæ coepit ætatis plenitudinis Christi. S. Ambros. hic de eodem.

Ex Patribus, & alijs.

Antè Deo coepit vivere, quàm sibi. Sanct. Chrysol. l. 91.

Vita, & mores, S. Joannis, forma, atque descriptio, quædam sunt Monachorum. S. Ephrem. Paræn. 1.

Joannes de virtutum quatuor Cardinalium possessione, & ornatu, commendatur. In vestitus asperitate temperantia notatur; in lumborum succinatione fortitudo; in mellis comestione prudentia. Demum in aliorum eruditione, & sui ipsius, respectu Christi humiliatione, justitia. Gerson Lect. 2. in Marc.

TITULUS XX.

S. JOANNES EVANGELISTA.

§. I.

Figuræ.

Fluvius egrediebatur de loco voluptatis. Gen. 2. 10. Joannes magnus paradisi fluvius, qui ex principali sui fontis origine profluens spualentia deserta humanarum mentium irrigat. Petrus Dam. l. 1. de Sanct. Joanne.

Pater appellavit eum Benjamin. Gen. 35. 18. Est S. Joannes Benjamin, id est, filius doloris; quia tempore summi doloris genitus est sub Cruce. *Ecce filius tuus.* Rachel B. V. Osorius in die S. Joan.

Ascendit Jonathas, manibus, & pedibus reptans; & armiger ejus post eum. 1. Reg. 14. 13. S. Joannes ad Crucem.

Ddd dd 3

Facies

Faci-s leonis. Ezech. 1. 10. Evangelium Joannis leoninâ facie est: ut enim leo regium, & principale, animal est; sic & Joannes à regia, & principali, dignitate Verbi divini exorsus est. Theophylactus in Marc.

Vide Tit. Evangelistæ.

§. II.

S. Joannis laudes, excellentia.

Solem Evangelij vocat S. Dionys. Areopag. Ep. ad S. Joan. Evang.

Nemo, audeo dicere, tantâ sublimitate Sapientiæ majestatem Dei vidit, & nobis proprio sermone referavit. Transcendit nubes, transcendit virtutes cœlorum, transcendit Angelos; & Verbum in principio reperit, & Verbum apud Deum Ambros. in Præfat. explanat. Evang. Lucae.

Imitabatur planè adhuc in mortali corpore positus angelicam dignitatem; humanam transcendebat conversationem, mortaliumque consuetudinem. S. Laurent. Just. in solennitate ejusdem.

Consideremus dilectissimi, quantæ gloriæ magnus vir iste credendus est; qui per quoddam adoptionis arcane mysterium, filius Virginis est, & frater Salvatoris. Hinc est, quòd mentem ejus omnipotens Deus ad tantum puritatis, & mysticæ revelationis, culmen evexit. S. Petrus Dam. l. 2. de eod.

Meritò Christus Joanni tanta revelavit, qui præcelebat omnibus privilegiò castitatis. Sanct. Anselmus.

S. Joannes Evang. os Dei, lingua Spiritus S. cedrus paradisi, lux Ecclesiæ, decus orbis, Præco cœli, lumen Mundi, fidus hominum, specimen Angelorum, lapis vivus, speculum lucis. Et Cherubim jure perhibetur, qui scientiæ plenitudinem ex ipso Redemptoris pectore percepisse cognoscitur. Idem. l. 2. 2. de eod.

§. III.

In S. Joannem CHRISTI amor, & favor.

Quem diligebat *JESUS.* Joan. 13. 23. Dilectus iste discipulus, inter dilectos omnes dilectissimus. Huic applica illa verba Prov. 22. 11. *qui diligit cordis munditiam, propter gratiam laborum suorum habebit amicum regem:* quia, videlicet, propter excellentem castitatis decorem, dignus fuit de ipso sacro Dominici pectoris fonte divinitatem ejusdem Verbi, & æterna potare secreta principij. S. Rupertus lib. 1. 1. hic. Arcuissimè se in sui Redemptoris, ac dilectoris, amore conjunxit: propter quem scilicet conjugalitatis thori fœdera abdicavit. S. Petrus Dam. l. 66. Sponsum in nuptijs Canæ Joannem fuisse, & à Christo vocatum; opinantur S. Thomas 2. 2. q. 186. a. 4. Cajetanus, Joan. Sotus, Ludolphus Carthusianus, Bonav. in vita Christi, S. Antonius 3. p. Summæ tit. 1. Lyranus.

Verbi amavit ubera, qui supra pectus Domini in cœna recubuit; & velut quandam spongiam cor suum appoluit fonti vitæ; & ex ineffabili quadam traditione repletus Christi mysterijs, nobis quoque exhibet mamillam à Verbo impletam. Sanct. Gregorius Niss. hom. 1. in Cant.

Illud omnium supremum, & maximum; quòd coram omnibus in cœna ultima super pectus ejus recumbere ausus sit. O miram audaciam! Non audet Baptista sacrum Domini verticem contingere; Magdalena cum timore, & tremore, pedes tangit; Thomas, nisi iussus, manum non mittit in latus; Joannes dilectus, non iussus, non petita veniâ, confidenter recumbit super pectus Domini. Amor fecit hoc: est enim supra modum audax dilectio. Omnia sibi putat licere amor. S. Thom. Vill. Conc. de S. Joan.

Recubuit super pectus ejus. Joan. 21. 20. Sinum elegit æternus Pater, ad producendum Filium æqualem. *Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris.* Joan. 1. 18. Sinum elegit Christus, ut in eo recumbat Joannes: ut per gratiam ac cœlestia dona, reformetur; ut, quantum fas est puræ creaturæ, ei similis fieret. Si manus Moysis impositæ super Josue habuerunt virtutem communicandi Josue spiritum ejus. Deut. 34. 9. Si vestes Aaron transfuderunt spiritum ejus in Eleazarum. Num. 20. 28. Si palliò Eliæ ejus spiritu repletus est Elizeus. 4. Reg. 2. 13. quomodo Joannes recumbens in pectore Jesu multum de ipso non biberet? Si facies Jesu remansit impressa in linteo sibi opposito; si corpus Jesu effiguratum est in sindone, in qua est involutum; si vestigia pedum exarata sunt in lapide vivo: quomodo pectus ejus, in quo recumbebat Joannes, in eo non imprimeretur, quantum fas erat. Sylveira hic c. 7. In triplici sinu Christus requievit: in sinu Patris in cœlo, in sinu matris, & Joannis in terra. S. Ambr. l. 10. de Epiph. Non sunt verba, sed sensus.

Sic eum volo manere, donec veniam. Joan. 21. 22. Joannem post mortem resurrexisse, & indutum suò virgineò corpore in cœlum ascendisse, affirmant S. Ambrosius in Pf. 118. l. 10. Hieronymus, vel alius lib. de assumpt. Nicephorus l. 1. histor. c. 35. S. Isidorus, Petrus Dam. Albertus M. Hugo de S. Vict. Ludovicus Granat. apud Sylveira hic. Eius non audeamus plener definire, pium tamen est arbitrari; ut sicut de B. V. creditur, ita etiam B. Joannes jam resurrexisse probabiliter asseratur. Petrus Dam. l. 2. de eodem.

Et posuit dexteram suam super me. Apoc. 1. 17. id est, erexit me præ timore cadentem, & confortavit me; ut Daniel dicit c. 8. 18. *Collapsus sum, - & tetigit me.* Tamen, cum hoc fiat cum Joanne, non per levem tactum, ut cum Daniele: nec per vocem, aut imperium, ut cum Jeremia 1. 17. & Ezechiele 2. 1. sed per manum Dei dexteram: singularis gratia, & benevolentia in Joannem denotatur, ut dicere possit Pf. 117. 16. *dextera Domini fecit virtutem.*

virtutem, dextera Domini exaltavit me.
& Sap. 5. 17. *dextera sua teget eos.* Et Cant.
2. 6. *Lava ejus &c.* Sylveira hic.

Ex Patribus, & aliis.

Qui hæc dicit, accepit Joannes ille, qui discumbibat super pectus Domini; & de pectore Domini bibebat, quod propinat nobis. Sanct. Augustinus tr. in Evang. Joan.

Dignum est, ut, qui à Christo præ cunctis mortalibus specialiter est dilectus, à Christi dilectoribus permaximè diligatur. Petr. Dam. l. 2. de eod.

Jacobus frater Christi ex cognatione, iste ex præcipua dilectione: ille per lineam maternæ consanguinitatis, iste per vinculum paternæ charitatis. Id. ib.

Sed nunc dilecta obtinebo tibi, ut conspicias me in ea forma, quâ jam delicijs divinitatis fruor in coelis. Et cum hoc illa desideraret adipisci, statim vidit immensum pelagus divinitatis intrans in pectore Jesu, & in eo B. Joannem in specie tenellæ apiculæ, tanquam pisciculum, ineffabili delectatione, ac libertate, nantem. Verba S. Joannis Ev. l. 3. In fin. div. S. Gertr.

§. IV.

S. Joannes respiciens B. Virginem.

Morti proximus Jacob Josepho filio suo partem sibi in terris pretiosorem tradit. Gen. 28. Morti proximus Jesus Joanni testamentò relinquit partem pretiosissimam, quam habebat in terris. *Ecce mater tua.* Joan. 19. 27.

Commisit Dominus Petro claves Ecclesiæ. Matth. 16. 19. voluit & B. Joanni custodiam MARIÆ delegare. Utraque nimirum mater, Mater Maria, Mater Ecclesia. Sed Maria mater CHRISTI, Ecclesia mater populi Christiani, Beatum Joannem Dominus quodammodo Cœli Clavicularium esse constituit, cum B. Genitricis suæ eum decrevit esse custodem. Petrus Dam. l. 1. de eod.

Fecit rex Salomon thronum &c. 3. Reg. 10. 18. 19. MARIÆ typum fuisse thronum illum Salomonis, communis Ecclesiæ consensus est. Qui autem sunt duo leones, qui utrinque throno adhærebant? Petrus Dam. l. 1. de Nat. V. duo leones sunt, Gabriel Archangelus, & Joannes Evangel. quorum alter dextera Virginis, alter sinistra cultos, deputatus est. Gabriel enim mentem, Joannes carnem, pervigili sollicitudine servaverunt. Qui bene leones dicuntur, propter rugitum altissimæ vocis; duo enim verba nuntiârunt orbi tetra, qualia nec dicta sunt, nec dicentur. Ramirez in Prolegom. §. 8. Idem B. Petrus Dam. l. 1. de Sanct. Joanne, virginitatem ejus solius B. Virginis virginitati postponit. Unde ait: quocirca dignum fuit, ut B. Joannes Ap.

Arch-Angelo Gabrieli ad custodiam Matris Domini socius haberetur.

Mulier, ecce filius tuus. Joan. 19. 26. Quomodo honorat Discipulum; fratrem suum illum faciens! Usque adeo bonum est, manere apud patientem Christum! nam in fraternitatem ejus ducit. Theophylactus hic. Pendebat in cruce moriturus, disposuit testamentum. Aderat ibi dilectus, quid sibi legaturus expectans. Quid tibi, ô dilecte, legabo? quid in ultimis dabo tibi? *Ecce Mater tua*; hæc omnium, quæ possideo, charissima, & pretiosissima, gemma; hanc tibi trado. Sanct. Thom. Vill. Conc. 1. de eodem. Concredit Discipulo præfecturam Matris. jam papæ! quomodo honorat Discipulum, fratrem suum illum faciens! Theophylactus hic.

Accipit eam Discipulus in sua. Joan. 19. 27. In quæ sua Joannes matrem Domini accepit? neque enim non ex eis erat, qui dixerant ei, ecce nos dimisimus omnia. Habebat ergo ille Discipulus centupliciter plura, quàm dimiserat, in quæ susciperet ejus matrem, qui illa donaverat. V. Beda hic. Non committit homo thesaurum suum, & maxime illum, quem habet charissimum; nisi ei, quem verum æstimat esse amicum. At Christus, qui corda cognoscebat; nec in amicitia errare volebat; Joanni, quia præcipuum habuit, matrem, quæ eum portavit, commisit. Ergo amicissimum sibi esse cognovit. Sanct. Bonaventura l. 18. de eodem. Nunc maternò moveris affectu, & thalamum Humanitatis tuæ Cubiculario dilecto commendas; & provides sedulo benedictæ inter mulieres Apostolicam clientelam. Sanct. Cyprianus de Pass. Christi. Positus est fidelis ædituus ad tanti thesauri custodiam. Fidelis cubicularius Matris Domini. Intueor ergo, quadrigam, quâ currendum est ad Patrem, sic debere distingui; ut per te (ô Joannes) ad Matrem, per Matrem ad Filium, per Filium verò pertingere possit penitentis affectus ad Patrem. Arnoldus Carnot. tr. de V. D.

§. V.

S. Joannis Sanctitas, Virtutes.

Dilectus meus candidus, & rubicundus. Cant. 5. 10. hoc de Joanne Christus dicere potuit; candidus per virginitatem, rubicundus per charitatem. Sanct. Bonaventura l. 18. de eod.

Et Joannes frater ejus. Matth. 10. 3. Joannes idem, quod gratus, & misericors; vel in quo est gratia; vel Domini gratia, ait S. Isidorus l. 7. Etymol. c. 9.

Audierunt eum duo Discipuli. Joan. 1. 37. Unus ex his duobus Discipulis erat Andreas, ut patet infra v. 40. quis alter? fuisse Joannem Bapt. probabile putant Epiphanius, Chrysostomus, Cyrillus, Euthym., Theophylactus.

Phylactus, Hugo &c. quia Joannes solet in suo Evangelio, dum de seipso agit, humilitatis causâ nomen suum recitare. Sylveira hic.

Unus ex vobis tradet me. Joann. 13. 21. Et subjunxit: *erat recubens unus in sinu JESU.* v. 23. Ambrosius Catharinus: fortè extasim quandam passus est; & quasi extasi interceptus, cecidit super pectus Domini.

Puritatem puerilis ætatis usque ad senium custodivit illasam, innocentiaq; nitor em servavit in mente. S. Laur. Just. de eod.

Ille recubitus in pectore Salvatoris, ille divinus ardor, quem ex arcana ejus inspiratione concepit, ita in ejus visceribus omnium libidinum fomenta decoxit; ut corpus ejus, tanquam revera Spiritus S. templum, a cunctis vernaret æstuantis luxuriæ squaloribus defœcatum. Petr. Dam. f. 1. de eod.

§. VI.

S. Joannes Martyr.

Potestis bibere calicem? Matth. 20. 22. Et iste calicem bibit: non solum, quia in ferventis olei dolium missus, & propter insuperabilem evangelizandi constantiam in Pathmos insulam deputatus est; verum etiam quia (quod maximè prædicandum) ubi B. V., & Genitricis animam gladius pertransivit, ibi & anima vulnerata est hujus Dilecti. Sanctus Rupertus de Operibus Spirit. Sanct. c. 12.

Dabatur mihi intelligere, quòd Sanct. Joannes tantum dolorem sustinuerat de Passione, & morte, CHRISTI; & de dolore Matris; quòd existimo, eum fuisse plusquam Martyrem, dicebat B. Angela de Fulgino. In vita scripta ab Arnaldo Ord. Franc.

TITULUS XXI.

S. JOSEPH

Nutritius Christi.

§. I.

Figura.

*V*iditq; in somnis scalam. Gen. 28. 12. Natus CHRISTUS pupillus in hoc Sæculo, id est, absque carnali patre; illè B. virò (Joseph) pro patre in omnibus usus est, & in illa generationis scala, quæ per Matthæum textur, eidem Sanct. Joseph omnis humanæ opis indiga Humanitatis ejus natura, tanquam gradui supremo innixa est. Sanct. Rupertus in Joan. 1. 2. Scala illa Jacob est generatio JESU CHRISTI, & latera scalæ summi Patres, vel principes, sunt hujus generationis, atque David; ad quos promissio facta est, cum juramento ejus, qui repromisit. Supremus scalæ gradus, cui Dominus innixus est, iste est B. Joseph vir MARIE; de qua JESUS, qui vocatus CHRISTUS, natus est. Quomodo iste Deus, & Dominus, huic innixus est? utique tanquam tutori pupillus; quippe qui in hoc Mundo sine patre natus est. Ità innixus est huic B. Joseph, ut esset infantulo iste pater optimus. Idem de gloria & hon. Filij hom. in Matth. 1. 1. Idem similiter ait in Genes. 1. 7. cap. 22.

Sanctus Bernardus hom. 2. sup. Miss. comparat illum Joseph Patriarchæ.

§. II.


Sanct. Joseph dignitas, felicitas, delicia.

DO tibi partem unam extra fratres tuos. Gen. 48. 22. Sept. ad tibi partem eximiam. Considera, ætatem Patrem sic alloquentem Sponsam MARIE: en, signò specialissimò amorem meum in te ostendo. *Do tibi partem eximiam.* Do tibi partem unam; quam tui de manu Amorrhæi in gladio, & aris meo, in fortitudine mea; quam potentia brachij mei, à diaboli insidijs præveni; hanc accipe in sponsam. Alvarez illustr. 322.

Gratia super gratiam, mulier sancta, & pudorata. Eccl. 26. 19. Gratia, id est, res gratissima, summum bonum, beneficium, & felicitas. Quam felix ergo fuit Sanct. Joseph, cui à DEO obigit sponsa sanctissima; imò Virginum, & Sanctorum omnium, regina B. V. MARIA gratiâ plena. Cornelius hic.

Jacob autem genuit Joseph virum MARIE. Matth. 1. 16. qui jure, verèque, vocatur Pater Christi: quia Christus fuit fructus conjugij Joseph, & MARIE. Natus enim in utriusque conjugio, jure utriusque adscribendus est: quia Joseph, per conjugium corporis, B. Virginis quasi dominus effectus est: ergo & fructus corporis B. Virginis, putà CHRISTUS, ad Josephum pertinuit. Licet supernaturaliter natus sit CHRISTUS, non virtute Josephi, sed Spiritus Sancti, fecundantis Virginem. Nam leges, nata in agro meo sterili supernaturaliter, mea est.

2. Quia



2. Quia vir, & uxor, per conjugium fiunt unum, & quasi una persona civilis: quare omnia habent communia, etiam proles legitime natas. Corn. hic.

Cum esset desponsata MARIA, &c. Matth. 1. 18. Providetur sponsus, providetur maritalis species; ut celet miraculum, ut tegat signum, ut velet Virginis partum, ut crimini non det locum, ut furentis infidias sic eludat. S. Chrysol. l. 146.

Ex Patribus, & aliis.

Sicuti qui solum electione, & non jure sanguinis, ad regiam dignitatem ascendit; non minus à cunctis rex vocatur, nec minor ei obedientia, & honor, deferitur; quam si ex paterna hæreditate regnum obtinisset: ita etiam, licet Joseph naturâ pater CHRISTI non fuerit; tamen, quia ex CHRISTI electione in Patrem assumptus est, meritò Patris adoptivi nomen sibi vindicare potest. Sanct. Joan. Damasc. Or. 13.

Cui datum est, quod multi reges, & Prophetæ, cum vellent videre, non viderunt; audire, &c. non solum videre, & audire; sed etiam portare, deducere, amplecti, deoculari, nutrire, & custodire. S. Bernardus hom. 2. sup. Miss.

Piè credendum est, non tamen asserendum, quòd piissimus Filius Dei JESUS pari privilegio decoravit suum patrem putativum, sicut suam sanctissimam Matrem: ut sicut illam assumpsit in eum in corpore, & animam gloriosam; sic etiam in die Resurrectionis suæ Sanctissimum Joseph. S. Bernardus Sen. f. de S. Joseph.

Si Elisabeth exclamavit propheticè ad unicam MARIÆ salutationem; si exultavit præ gaudio Joannes infans in utero ejus: quid ex continua cohabitatione, & allocutione cum MARIA & puero JESU, justus Joseph acceperit divinæ consolationis, & illuminationis? quid dexteram illam bajulantem in ulnis speciosam formâ præ filijs hominum, quando blandiebatur ardentii, quando condelebat vagienti; quando frequentèr sponso suo Joseph bajulandum, fovendum, osculandumque, tradebat, vidisse? Gerlon. f. de Nat. B. V.

Franciscus Suarez 3. p. q. 29. disp. 8. Sect. 2. probabiliter opinatur, Josephum in gratia, & gloria, antecellere Apostolos & Joannem Bapt. quia ejus officium illorum officio præcellabat: plus enim est, esse Patrem, & Rectorem, CHRISTI, quam

Præconem, & Præcursores ejusdem. Cornelius in Matth. 1.

§. III.

S. Joseph Sanctitas, virtutes.

Cum esset justus. Matth. 1. 19. Sanct. Hieron. vocari justum attendito propter omnium virtutum perfectam possessionem. Justus appellatio omnem virtutem complectitur. Sanct. Chrysostomus hom. 23. in Gen. Fidelis servus, & prudens, &c. quem constituit dominum suæ Matris solatium, suæ carnis nutrimentum; solum denique in terris magni consilij coadjutorem fidissimum. Sanct. Bernardus hom. sup. Miss. Justus ex Legge, justus ex bona voluntate, justus ex bona operatione. Et si nihil aliud ad testimonium suæ justitiæ: quòd virgo, quòd Virginis Matris sponsus, quòd CHRISTI nutritus est electus, additamentum facit. Simon Cass. l. 2. c. 16.

S. Joseph, qui tantopere in vita sua Deum, Deique Filium, amarat, aliâ morte nequibat mori, quàm amoris. S. Francis. Sales. tr. de am. l. 7. c. 13.

Voluit occultè dimittere eam. ib. Humilians se ante tantam, & ineffabilem rem, quærebat se longè facere. Sicut Petrus: *exi à me Domine: sicut Centurio, non sum dignus &c.* sicut Elisabeth, *unde hoc mihi?* Sic & Joseph justè humilians sese, in omnibus cavebat, & timebat sibi, tantæ sanctitatis conjunctionem adhibere. Origenes hom. 1. in diversis. Idem ait Sanct. Bernardus hom. 2. sup. Miss.

Virum MARIÆ. Matth. 1. 16. Valde notandum: quòd, cum Evangelista tot virorum conjugalium meminerit, nullum tamen uxoris suæ virum appellaverit. Non dixit Abraham virum Saræ &c. Solum autem Joseph, qui nunquam ad sacratissimam suam Sponsam accessit, & cum ea virgo permanit ad mortem. Hoc ut intelligas, nota 4. Reg. 4. 7. 9. 16. 21. 22. 25. 27. Eliseum sæpe virum Dei vocari, & etiam sæpe servum Dei: quò significatur, obsequio, & amoris Dei fuisse addictissimus. Ità dum Joseph vir Mariæ dicitur, intelligitur, eum magis dicatum, ac conservatum fuisse reverentiæ, purissimoque amoris, Sanctissimæ Virginis sponsæ suæ, quàm alij Patriarchæ uxores suas dilexerunt. Diez conc. 1. in Nat. B. V.



TITULUS XXII.

IRA.

§. I.

*Symbola, & Similitudines.**Ex Veteri, & Novo.*

Offerentes coram Domino ignem alienum. Levit. 10. 1. Erat in atrio tabernaculi, putà in altari holocaustorum, ignis sacer è cælo lapsus; quem Deus iusserat foveri; ut eò solò uterentur ad sacrificia, & thymiata. Erat in eodem atrio ignis profanus, & communis; quò utebantur ad coquendas carnes hostiæ pacificæ pro peccato; quibus vescebantur atrio partim Sacerdotes, partim Laici offerentes, hoc usi Nadab & Abiu. Ignis alienus, est quævis cupiditas, quæ ipsi sacro, id est, charitatis est contraria. Caritas enim est ignis è cælo missus, & animæ à Deo inditus; ignis verò alienus, est ira &c. Corn. hic.

Ignis habena currus. Nahum 2. 3. Ira est: equi, rixa, contumelia. Hugo Card. in Ps. 67.

Festuca in oculo. Matth. 7. 3. ira est: trabs in oculo odium est. Sanct. August. f. 16. de V. D.

Socrus tenebatur magnis febribus. Luc. 4. 38. febris nostra iracundia est. Sanct. Ambr. hic.

Ignem veni mittere in terram. Luc. 12. 49. Sicut Salvator in terram tulit ignem amoris, ad accendenda corda hominum; sic demon fecit ignem iræ ad destruendam pacem. Stella de cont. Mundi p. 2. c. 51.

Ex Patribus, & aliis.

Ira vehemens ignis est, omnia consumit. S. Chrysof. hom. 25. in Joan.

Homo iracundus, est sicut homo habens domum ligneam; qui manè est dives, & in vespere nihil habet: quia ignis iræ combussit sibi domum, id est, conscientiam. Est similis calculo emittenti ignem; nam sicut calculus percussus emittit scintillam; sic iracundus tactus verbo ostendit impatientiam suam. -- Similis vasi vacuo juxta ignem: videmus enim, quòd, si vas vacuum, & terreum, ponatur ad ignem, frangitur; si autem sit plenum aquâ in nullo læditur. Sic homo, qui est de sua conditione terreus; si ponatur ad ignem adversitatis, vel tribulationis; statim frangitur per impatientiam, si sit gratiâ vacuus. Si autem sit gratiâ plenus, non læditur. Eccl. 27. 6. *vasa figuli probat fornax; & homines justos tentatio tribulationis.* S. Bonav. diat. sal. c. 5. de ira.

Dicitur ira ab *Ur*, quod est ignis, quasi ura; quia urit atque inflammat. S. Bernardinus serm. de exercitii spir. malignor.

Iracundia inebriat animam, furor verò eam plusquam ebriam facit. Origenes hom. 7. in Levit.

Lenitatem, & mansuetudinem sectare; nè absque vinò ebrius fias, malitiâ, & iracundiâ gravatus. Sanct. Ephrem de vita spir. c. 45.

Si ex animo superbiam exemeris, occasionem innascendi vitium iracundiæ non habebis. S. Greg. Niss. or. 2. de beatitudinib.

Ira est fervor sanguinis, qui circa cor est. Ira est mentis apparitor. Idem de homine l. 4. cap. 13.

Væ nobis à dracone! inmans est bestia, flatu igneò, quidquid attigerit, necat; non modò bestias terræ; sed & volucres cæli. Haud aliud ego draconem hunc, quem Spiritum iracundiæ reor. Sanct. Bernardus f. 13. in Ps. qui habitat.

In Cyrenaica Provincia fons, quem solis vocant, & rupes quædam visitur. Hæc, cum manibus tangitur, ille immodicus assurgit, arenæque quasi mare agens, sic sævit, ut æquor fluctibus. Nieremb. de mirac. naturis Europæ lib. 2. c. 27.

In Dalmatiæ specum dejectò levi pondere, quamvis tranquillò die, inde turbini similis emicat procella. Plinius l. 2. c. 47.

In Helvetiâ, prope Lucernam, mons est præaltus, in summo vertice lacus: in quem de industria injecta maximas tempestates cient; quæ verò casu incidunt, nihil irritant eum. Nieremberg. l. 2. c. 28.

Olla fervens eructat fæces; iracundus diras blasphemias. de Rampelgis. Ira.

Scloperum adductum. Lem: Si tangar, exardescam. Picinelli.

§. II.

*Iram vincendi motiva.**Ex Veteri, Novo, & Patribus.*

Sonuerunt, & turbata sunt aqua. Psalm. 45. 4. DEUS, qui pacis amator est, cor conturbatum inhabitare non potest. Hugo à S. Victore hic.

Et comedit omne fœnum in terra eorum, & comedit omnem fructum terra eorum.

Ps. 104. 35. Hoc in Ægypto fecit bruchus: parvum animal, & ab olere vastitatem inchoat. Sed cave: nam qui comedit fœnum, hoc saginatus comedit omnem fructum campi tui. Iracundia, quæ in te ebullit, bruchus est. Initiò contenta est fœnò. Satis est illi, ut hosti non blandiaris, ut eum non invilas, ut singularia ei beneficia non præstes, Peristi Bruchus tuus, qui fœnum comedit, comedit fructus: cogentis de eo malè loqui, de quo nunc tantum non bene loque-

loqueris : cogeri hostiliter insequi, quem tantum non singulariter amas &c. Oliva t. 2. Strom. hic.

Ollam succensam ego video, - virgam vigilantem. Jerem. I. 12. 13. Succensa olla simile cor irati : dum calefieri incipit, virgam Dei attende vigilantem, terribile Dei iudicium, & gehennæ supplicium æternum. Barradius t. 2. l. 7. c. 18.

Qui irascitur, reuserit iudicio. Matth. 5. 22. Iram tuam extingues, si iram Dei perpendas. Barradius ib.

Sol non occidat super iracundiam vestram. Eph. 4. 26. Quid agemus nos in die iudicij, super quorum iram non unius diei, sed tantorum annorum, sol testis occubuit. S. Hier. ep. 36.

Ira sunt gentes, & advenit ira tua. Apoc. 11. 18. Ira tua advocat iram Dei ; tolle tuam, & Deus suam ; dimitte, & dimittemini. Sylveira hic.

Ira mortalium debet esse mortalis : nam, si maneat, confirmantur inimicitia ad perniciem sempiternam. Lactantius l. 7. instit. div. de divino premio.

Nè occidat sol super iracundiam tuam ; id est, deferat Christus mentem tuam : quia non vult habitare Christus cum iracundia tua. S. August. in Ps. 24.

Sicut acetum corrumpit vas, si diutius ibi fuerit ; sic ira corrumpit cor, si in alium diem duraverit. Id. ep. 87.

Nullus leo, nulla sic vipera, viscera queunt humana laniare ; ut hominis iracundia, ferreis quibusdam unguibus universa confodiens : neque enim soli corpori nocet, sed ipsius etiam corripit animæ sanitatem. S. Chrysostr. hom. 4. in Matth.

Non habitat Spiritus S. ubi furor. Nihil sani potest ingredi, ubi egreditur furor. Idem hom. 17. in Acta.

Satius est, anguem, vel viperam, in corde tuo latere ; quam iram, & rancorem. Id. hom. 30. ad pop. Antioch.


Opta, potius invadi gladio, quam iracundiâ corripi, Ephrem de perfectione Monachi.

Iracundi non sunt dicendi homines, ratione furoris ; sed potius feræ furibundæ : eò quòd, ad modum ferarum, sint sine misericordiâ surgentes sanguinem aliorum. S. Bonavent. l. 1. D. 5. Pent.

Mens Spiritus Sancti templum effici omnino non potest, iracundiæ in nobis spiritu commorante. Simon Cass. de cœnob. institut. l. 8. c. 21.

Iracundus magis affligitur tacens ; & injuriantis absentiam passus flagellò duriori se verberat, dum cogitat, quid debuit mali dicere, & non dixit ; dolens, si malum facere potuit, & non fecit. Idem

l. 8. c. 47.



Polyanth. Sacr. Tom. I.

§. III.

Ira est contraria rationi, iudicio ; stulta.

Symbola.

Nomen uni Phison. Gen. 2. 11. Philo lib. de Allegor. hunc primum fluvium prudentiæ accommodat, cui iram oppositam dicit. Phison enim dicitur à *parcendo*. Hic autem *circum omnem terram Hevilath*, id est, *placidam, ubi nascitur aurum*, id est, charitas ; & lapides pretiosi, id est, virtutes. Pinna Eth. 121.

Inebriamini, & non à vino. Il. 29. 9. Nihil quippe aliud est ebrietas, quam animi de nativa sanitate deturbatio, mentis penuria, vacuitas intellectus. Ista vero non ebrietas tantum ex vino ; verum etiam ebrietas ex ira, & cupiditate à ratione aliena. S. Chrysostr. t. 6. orat. contra ebriet.

Ira comparatur ollæ ferventi : quia sicut olla bulliendo emitit aquam ; sic iracundus, bulliendo per iram, emitit stultitiam, & verba inordinata. Prov. 15. 2. *os fatuorum ebullit stultitiam.* Sanct. Vincent. Ferr. l. 7. c. 4. super orat. Dom.

Ira Caniculæ assimilatur ; quæ in effectu suo est ardentissima. Ira juxta Philosophum, est accensio sanguinis circa cor : unde qui ad iram alios concitant, dicuntur esse incendiarij diaboli. In Caniculæ ortu fit magna turbatio in aere : ita ira perturbat rationem, affectum &c. Diebus Canicularibus sanguinem minuere, vel medicinam accipere, est periculosum. Sic in fervore iræ non est exhibenda correctio disciplinæ. Geminiani c. 41.

Impatiens usque ad insaniam, sæpe etiam usque ad restem, adigitur, ait Stobæus S. de ira. Quia animus perturbatus stagno similis est ventis agitato ; cujus aquæ molæ, & fluctibus exasperatæ, imagines aut non reddunt, aut concisas referunt ; ut vel formosissima in ijs monstrosa esse videantur. Stengelius div. judic. tomo 1. §. 5.

Omnium perturbationum semina videntur in iram confluisse. Plutarchus dialogo de ira cohibenda.

Testimonia.

Ex Veteri, & Novo.

Vocavitq; omnes principes. Judith. 5. 2. Collegit Holofernes senatum, cum sentit se iram commotum ; scilicet ut iram consilio premeret. Velloso hic.

Per iram sapientia perditur. Job. 5. 2. Ità legit S. Gregorius ut, quid, quòve ordine, agendum sit, omnino nesciatur ; sicut scriptum est Ecclæ. 7. 10. *ira in sinu stulti requiescit.* S. Greg. Mor. l. 5. c. 30.

Nè sis velox ad irascendum, quoniam ira in sinu stulti requiescit. Ecclæ. 7. 10. Et Job 5. 2. *virum stultum interficit iracundia.* Et Prov. 14. 17. *impatiens operabitur stultitiam.* Stultus habet iram familiarem, & ad
Ecc ec 2 manuum

manum; ut illico eam exerat: tam facile irascitur, quam facile qui manum è sinu extrahit. Cùm è contrariò sapiens iram habet in corde, & in cerebro; ut non nisi præviâ ratione eam lentè educat. Corn. hic.

Si prævenierit, & occupaveris mentem tuam iracundia, & ascenderit in te; non relinquas locum tuum. Ecclæ. 10. 4. Ità legit S. Ambr. Locus tuus patientia est; locus tuus Sapiaentia est; locus tuus ratio est. S. Ambros. Offic. l. 1. c. 21.

Sol non occidat super iracundiam vestram. Eph. 4. 26. Sanct. Thomas Aquin. Lect. 8. id est, non obtenebretur dictamen rationis.

Ex Patribus, & aliis.

Irascendum, si fieri potest nunquam: nam hæc est quædam species insanie. Quòd si quando ira incumbit utendum est hac ad sanandum proximum. S. Justinus ep. ad Zenam, & Serenum fratres.

Commotionis tempore justum omne putat ira, quod fecerit. Sanct. Gregorius M. l. 8. ep. 12.

Nullum sanum consilium, nulla matura potest esse deliberatio, ubi ira passio dominatur: periclitatur ratio, inebriatur cor, in compositum verba profiliunt. Sanct. Laurent. Just. de casto connub. 11.

Duo isti affectus, nempe ira, & indignatio, nepotes utique sunt matris unius; ejus, quæ stultitia vocatur, sive imprudentia. S. Antiochus hom. 24.

Irascitur homo, cùm inordinatè movetur in seipso interius; sed fratri suo, cùm ille malus motus verbò vel factò, ad nocendum proximo movetur exterius. Sanct. Bonavent. l. 1. D. 5. Pent.

Ira quædam insania est. S. Bernardinus s. in die Pent.

Ira, brevis insania à Sapiensibus dicta: nam, ut furentium certa indicia sunt, audax, & minax, vultus; tristis frons, torva facies, citatus gradus, inquieta manus: ità irascentium eadem sunt signa. Flagrant, & emicant oculi, multus totò ore rubor, exaltuante ab imis præcordijs sanguine. Labia quatuntur, dentes comprimuntur, horrent, & subriguntur capilli; Spiritus coactus, ac stridens gemitus; complosæ sæpius manus, pulsata humus pedibus, & totum concitum corpus; magnasque minas agens, fœda visu, & horrenda facies. Nullum est animal tam horrendum, perniciosumque naturâ; ut non appareat in illo, ubi ira invasit, nova feritatis accessio. Seneca de ira c. 1.

§. IV.

Iram ratione rege.

Portabitque Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudicij super pectus suum. Ex. 28. 29. Eâ notâ significans: iracundie motus rationis iudicij esse cohibendos. Rationale enim est iudicij regula; quâ ratio re-

jicit iracundie vitium, ut imperfectum. Sanct. Nilus lib. Ascet.

Urg' huc venies. Job. 38. 11. Mare amarissimum turbulenta ira. Termini sunt constituendi, quos minimè transgrediatur; termini felicitet rationis. Usque huc veniat, non procedat amplius. Barradius t. 2. l. 5. c. 18. Motum animi fervidum, propter humanam fragilitatem, habere in potestate non possumus; suffragante tamen Dei gratiâ, ratione disciplinabili continemus. Cassiodorus in Pl. 4. Mare. Lem: *Nec fines præteris. Irascimini, & nolite peccare.* Pl. 4. 5. Picinelli.

Irascimini, & nolite peccare. Pl. 4. 5. Potest significare: quoniam acris affectus iracundia est, ac quæ animum mirè furtipere queat. Sæpe enim rationi præcurrit, ac ferè inconlultis nascitur. Idcirco ratione, seu insequenti consideratione, hanc sedate; non in ultionem prorumpentes, sed in lenitatem, ac clementiam, desinentes. S. Isidorus Pelus. l. 2. ep. 239.

Utendum est irâ, ut milite, non ut Duce. Sen. l. 4. c. 4. de ira. Tollatus sic explicat: utendum &c. quamdiu manet consilium, & deliberatio, quæ pertinet ad Ducem, nunquam debet inesse ira; postquam autem deliberatum est, ira conveniens est, sicut miles ad executionem belli. Didacus Niss. in Phœn. Græc. l. 3. c. 14.

§. V.

Iram vincientium exempla.

Subrexit autem & David post eum; & egressus &c. 1. Reg. 24. 9. tanta cum gloria, cum quanta tres pueri Dan. 3. 99. egressi sunt de camino ardente. Nam quemadmodum illos non exulsiit ignis; ità hic non conflagravit irâ incendiò. S. Chrysostr. hom. 2. de David, & Saul. Quemadmodum Daniel ascendit è lacu, superatis, feris leonibus; itidem David è specu prodijt, alijs bestijs longè sævioribus superatis: nam sicut iusto illi leones hinc, acque hinc, affidebant; ità hunc omnibus leonibus effertiores, ac validiores animi motus invalerant. Idem ib.

S. Eduardum Angliæ regem nullus vidit irâ effervescentem. Bolland. 5. Jan.

S. Ignatius M. nunquam vilis iratus. Id. 1. Febr. Cùm multis diebus, ut solebat, jejunasset; minister, obsonium deferens, ollam fregit. Quem cùm videret pudore, & metu, affectum bono iussit esse animo: eamus nos, inquit, ad obsonium, quoniam illud ad nos non venit: quare circa ollæ fragmenta cœnavit. Id.

Senex Joannes ad senem Pelum veniens, & quærens; quid per quadraginta annos, quibus ab eo separatus fuerat, egisset? nunquam me, ait, vidit sol rescipientem: & ille: nec me, inquit, iratum. Joannes Cass. de cœnob. institut.

c. 27.

§§(O)§

§. 6. Iram

§. VI.

Iram frænandi alia motiva.

Commis qui irascitur. Matth. 5. 22. Ecce abundantia iustitiæ ad iustitiam; ut Scribæ, & Pharisei, si non occidant, servare iustitiam gloriantur? Christi verò Fidelibus, non solum inhibetur occisionis actus; sed prohibetur ad iram animi motus. Facilius quidem est, non occidere, prohibendo manum; quam non irasci, cohibendo animi motum. Simon Cass. l. 10. c. 17.

Nolumus ab hominibus vinci; & iram non possumus vincere. Quâ turpitudine quid execrabilius dici potest? S. August. l. de vera relig. c. 44.

Omniem amaritudinem fellis evome; & quocumque pacto valueris, charitatis dulcedinem sume: nihil enim suavius, nihil illâ beatus est. S. Isidorus lib. de conflictu vitior; & virtut. Dilectio respondet.

Homo, mansuetum animal, & rationale, atque benignum; contraria suæ naturæ facit, & negligentia mores suos in ferinos vertit. Chrysost. hom. 12. in Gen.

Nihil insuavius homine iracundò, nihil molestius &c. Melius est, cohabitare bestie, quam homini tali: nam illa quidem, si semel cicuretur, servat suam legem; illum autem quoties placaveris, iterum exasperatur. Idem hom. 6. in Acta.

Quod si iratus seipsum intueri posset, nullâ alterius indigeret admonitione: nihil enim iratò turpius. Idem hom. 25. in Joan.

Neque demon ita eum metuit, qui eum expellit, & eiecit ex alio homine; ut hominem, qui iram vincit, & animo imperat: nam hoc ipsum est quoque sævus demon; & ij potius, quam qui à dæmone vexantur, miseri dicendi sunt. A dæmone enim vexari non immitit in gehennam; irasci autem, & acceptæ injuriæ meminisse, expellit ab ipso regno cælorum. Id. in Pf. 4.

Non irasci, absolutio est, & supplementum; per quod præceptum, non occides, custodiri queat. Qui enim in iracundiam non effertur, quantò longius ab homicidio abstinebit: radix quippe homicidij iracundia est. Qui igitur radicem abscindit, multò facilius ramos ejus poterit amputare; imò nê germinare eos permittet. Idem hom. 19. in Matth.

Mirabile sane! imò & miserabile: nobilem illam creaturam ad imaginem Dei creatam, & omni creaturæ prælatam, ad modicum verbum, tenuemque flatum, ad linguæ sonitum, aëritque ictum, à rectitudinis suæ statu quasi violenter excuti, & turbinis more in vertiginem agitari. Richardus à Sanct. Vict. tr. 1. de statu inter. hom. c. 9.

Quis nos separabit à charitate Christi? O Domine Deus! quam pauci sunt hodie inter nos ita firmati, ut dicere valeant illud verbum! Nunquid ita firmati sunt in dilectione illi; quos, non dico, tribulatio, sed leve verbum, separat à charitate proximi: qui, auditò unico verbò, quod

eis displicet, statim exardescunt in iram, in ultionem; nec potest recedere de eorum memoria: imò istud volunt, & revolvunt, in cogitatione sua: similes cani, qui corrodit lapidem projectum. Certè isti non sunt firmati in charitate Dei; ideò facile capiuntur à diabolo: nulla enim sagitta illius missa contra tales cadit in vacuum. S. Bonav. l. 43.

Magis propriè est imago Dei anima rationalis, quam alia imago. Et aliqui scindunt eam, ut iracundi, & vindicativi: alij projiciunt in ignem, ut avari; quia avaritia est ignis: alij projiciunt in latrinam; ut luxuriosi. Sanct. Vincent. Ferr. l. 2. de SSS. Trinit.

§. VII.

*Ira usus bonus, ira sancta.**Ex Veteri.*

Irascimini, & nolite peccare. Psalm. 4. 5. Irascimini, ubi culpa est, cui irasci debeatis: non potest enim fieri, ut non rerum indignitate moveamur; alioquin non virtus, sed lenitudo, & remissio, judicatur. Irascimini ergo ita, ut à culpa abstineatis. S. Ambros. l. Offic. c. 21. Irascamur & nobis, si quando peccamus; irascamur & alijs. S. Hieron. in Ecclæ. 7. Præteritis peccatis irasci debemus; ut præsentem nequitiam possimus extinguere. Quid est enim aliud poenitere, nisi irasci sibi; ut horreat, quod fecit; & cruciatus à se exigat, nê Judex potius iratus affligat. Cassiodorus hic. Instruit filios hominum S. Spiritus; ut sanctâ quâdam iracundiâ exardescant, & resistent pravis desiderijs; & eò modò peccatum vitent. Bellarminus hic.

Dixi, confitebor adversum me injuriam meam Domino. Et tu remisisti &c. Psalm. 31. 5. Sequitur de accusatione propria salutare remedium, quando pepercit Judex, cum sibi non parceret reus, Cassiodorus hic. Iratus est potius sibi (David) qui se cognovit justâ objurgatione culpâri. Tam ingentium populorum Rector sibi erat vehementissimus tortor; exigens à se poenas, quas jussione vix ferre poterat alienâ. Id. in Pf. 50. proœmio.

Dominus regnavit, irascantur populi. Pf. 98. 1. Non præcepit Propheta, ad aliquod facinus populos commoveri; sed ut sibi potius irascantur, qui rem probati sunt fecisse nefariam: ut citò ad conversionis salutem veniant, cum propriâ voluntate suâ cœperint facta damnare. Cassiod. hic.

Super inimicos tuos tabescebam. Psal. 138. 21.

Melior est ira risu Ecclæ. 7. 4. Risus dissolvit sapientem, ira corripit, & emendat. S. Hieron. hic.

Ex Novo, & Patribus.

Estote prudentes sicut serpentes. Matth. 10. 16. Non adèò bonus, suavis, & columbinus, sit homo; qui de felle, & venenò serpentis aliquid non habeat, quò in vitia non irascatur. Bæza 4. 2. l. 12. c. 3. §. 3.

Ecc ec 3

Domi.

Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Act. 7. 59. Sic Zelo inferbit, ac si mansuetudinis nihil haberet: & sic mansuetus in eorum dilectione perlitit; ac si contra eos fervoris nihil habuisset. Sanct. Gregorius hom. 18. in Ezech.

Non potes sustinere malos. Apoc. 2. 2. Denotat vividum zelum, & justam iram in peccatores. Sic vulgari phrasi dicimus; illa ferre non posse, quæ penitus execramur. Ramirez hic.

Ob eam causam nobis ira insita est; non ut nos etiam peccemus; sed ut, qui offendunt, prohibeamus. S. Isidorus Pelus. l. 2. ep. 239.

Canis est impudens ira; sed legem audire discit. Si fuerit canis in grege tam ferus, ut non obediat jubenti pastori, nec ejus vocem agnoscat; omnia perdita sunt, & corrupta, cum ovibus pascitur; sed si oves gustaverit, inutilis est, & jugulatur. Sed si te discit audire, ale canem; nullus est contra lupos, & contra piratas. S. Chrysol. hom. 30. ad pop. Antioch.

Utendum indignatione tanquam bene educato cane: qui tantum, cum necesse est, hoc est, adversus fures, atque hostes, allatret. Isidorus Clarius Or. 32.

Homo irascatur ubi debet, & quando debet: unde debet habere, & faciem hominis, & faciem leonis. Sanct. Bonavent. l. 5. hexam.

§. VIII.

Iram in se vincendi remedia.

Simile est regnum celorum grano sinapis. Matth. 13. 31. Sinapi & biledim diminuit, hoc est, iram; & phlegma excindit, hoc est, fastum, ac superbiam. Clemens Alex. l. 1. paedag. c. 11.

Sol non occidat super iracundiam vestram. Eph. 4. 26. Hoc est, antequam sol ad occasum vergat, naturam agnoscite, furorem extinguite; ne nox interjecta morbum immediate efficiat. Nam tum diabolus idoneum tempus nactus, ea, quæ contigerunt, magis inflammat, ad ultionem irritat, ad inimicitias extimulat, ad detractiones, & calumnias excitat, injuriarum memoriam instruit, ac innumera inde mala parit. S. Isidorus Pelus. ep. 109.

Quæ iracundia sanari potest, si patientiâ Filij Dei non sanatur? S. August. l. de agone Christiano c. 11.

Servandæ mansuetudinis modus est: ut, cum alienos excessus aspiciamus; nostra, quibus in alijs excessimus, delicta cogitemus. Patienter namque illatam injuriam tolerat, qui piè meminit, quod fortasse adhuc habeat, in quo debeat ipse tolerari. Et quasi aqua ignis extinguitur, cum surgente furore animi sua cuique ad mentem culpa revocatur: quia erubescit, peccata non parcere, qui vel Deo, vel proximo, sæpe se recolit parcenda peccasse. S. Greg. Mor. l. 5. c. 30.

Si te ira extimulat, mansuetudinem indue, & ad psalmorum decantationem

nem perfige. Sanct. Joann. Damasc. in fragm. tentent.

Contumeliosus es, & iracundus? oculos demitte, ac terram intueere; & confestim ira sedabitur. S. Greg. Nyss. or. 2. in hominis procreationem.

Qui verè seipsum humiliat, nunquam poterit irâ commoveri: quia anima ejus in sui consideratione occupata est humilitate. S. Chrysol. hom. 9. in Gen.

Si Davidis imaginem præ oculis habeas, & in hanc assidue defigas oculos; etiam si miles ira obundat, mentis oculum perturbans; ad hoc virtutis exemplar respiciens perfectam consequeris serenitatem. Id. hom. 3. de David, & Saule.

Quoniam igitur modò ab hac peste tam noxiâ fugiemus? si illam utique potionem bibamus, quæ intrâ nos vermes, serpentesque, mortificet. Et quoniam, inquires, istud est poculum? Pretiosus scilicet Christi Sanguis, si cum fiducia sumatur: omnis enim hoc remediò morbus extinguitur. Id. hom. 4. in Matth. c. 1.

Si succendi cor tuum irâ senseris, peccatus continuo signaculo crucis signato: repete memoriâ, quæ tunc (in Passione) facta fuerunt; & ira illico, tanquam pulvis, dissipabitur. Id. hom. 88. in Math. cap. 27.

Irae pennas amputas, dum clamorem tollis, ipsumque cordis tumorem contrahis. Quem admodum enim fieri non potest, ut pugnet, qui manus contra neminem extollit; ita fieri nequit, ut per iram implicetur, qui non clamat. Id. l. 1. 5. in ep. ad Epes.

Idèò homines irascuntur, quia sibi nimis parcunt: è contrâ aliena errata patienter fert, qui in se vindicat; & qui sibi frequenter est in alios crudelis. Sanct. Bernardus l. 13. in Psalm. qui habitat. Apud Pinna in Eocl. Ethol. 121.

Si mihi esset famulus diligens, haud moleste tulerim, si in ira speculum efferret. Plutarchus l. de irac. cohib.

Quibusdam iratis profuit aspexisse speculum: permutavit enim eos tanta mutatio sui. Seneca l. 2. de ira c. 36.

Athenodorus Philosophus Augusto Cæsari documentum dedit: iratus nihil dicas, vel facias; priusquam 24. Græcorum literas percurreris. Suetonius apud Cornelium in Nahum c. 1. v. 3.

Ne frenâ animo permitte calenti:

Da spatium, tenuemque moram; male cuncta ministrat

Impetus. Statius l. 10.

Furor, iraque, mentem

Præcipitant. Virgilius.

☞(5)☞

§. IX.

Ira quibus remedijs in alijs correcta.

IN me sit, Domine mi, hæc iniquitas. 1. Reg. 25. 24. &c. Quæ nulla armata manus efficeret, effect officiosa manus prudentis Abigail: hostem lenivit, amorem sibi conciliavit, & regale conjugium. Bæza t. 2. l. 8. cap. 3. §. 8.

Dare locum ira. Rom. 12. 19. Da locum ira, id est, taces, fuge, cede irato. Ambrosius & Anselmus. Et, ut Origenes: fer patienter iratum fratrem; nihil contra dicendo, aut faciendo.

Nihil elephantem iratum ita evincit, quam agni conspectus: & nihil ita facile tormentorum bellicorum impetum elidit, atque lana contipatos. S. Franc. Salef. p. 3. c. 14.

TITULUS XXIII. IRA DEI.

§. I.

*Iram Dei sequitur clementia, beneficentia &c.**Figuræ.*

Arcum meum ponam in nubibus &c. Gen. 9. 13. Iris est clementia Dei; quæ quasi arcus contentus, sed carens sagittâ: per adversâ, quæ immittit, magis terrere nos vult, quam ferire, ut vitia corrigamus S. Ambr. l. de Arca Noe c. 27. Unde S. Joannes Apoc. 4. 3. vidit thronum Dei circumdatum iride, id est, misericordiâ. Iris enim tempore Noe pacis, reconciliationis, fuit signum. Corn. hic.

Qui furatus est scyphum, in se sit servus meus. Gen. 44. 17. Tempertatem putâsse latere in sacco Benjamin, dum Joseph diceret: *qui furatus est &c.* Deliniebatur iris in turbine: & unde servitutum timebant, in fratrem receperunt. *Cur sic agere voluisti?* quàm foeda, tetraque nubes? *Ele vavisq, vocem cum fieri.* Gen. 45. 2. 15. *Fulgura* planè in *pluviam fecit.* Pl. 134. 7. Clamabas tyrannidem in tritico latuisse; latebat in sævitie charitas. Oliva fer. 4. D. 4. Quadr.

Fulgura in pluviam fecit. Pl. 134. 7. Divinæ iræ, & comminationes, in beneficia defluunt. Sylveira in Matth. 16.

Nubes fulmina minans à vento in pluviam soluta. Lem: *Result in melius.* Piccielli.

*Testimonia**Ex Veteri.*

Hæc dicit Dominus Deus - morieris, & non vives. 4. Reg. 20. 1. Post fulmen hoc quàm amœna prodijt iris! *Revertere, & dic Ezechia audivi orationem tuam - & ecce, sanavi &c.* Vivit, valet, triumphat Ezechias; ante horulam addictus tumulo. Oliva l. 5. Strom. §. *audivi murmuraciones &c.*

Percutit; & manus ejus sanabunt. Job. 5. 18. Deus unâ manu percutit, sed duabus sanat. de Ponte in Cant. 1. Exhort. 12. §. 3.

Addit Dominus omnia, quæcumq, fuerunt Job, duplicia. Job. 42. 10.

Iratus es, & misertus es nobis. Pl. 59. 3. Ecce tota ira Dei repellens, destruens, commovens orbem, conturbans; sed, ut misericordia veniat. Berengosius Abb. ferm. in Nat. M.M. ô ira misericors! & salubris indignatio; ô ira misericors! quâ sic irascitur, ut subveniat; sic minatur, ut parcat; sic aufert, ut restituat; sic tradit, ut eripiat; sic destruit, ut muniat; sic abjicit, ut recipiat. Bæza t. 2. l. 8. c. 3. §. 32.

Post graves minas, sequitur: *lavamini, mundi corde - si fuerint peccata vestra &c.* Il. 1. 16. 18.

Dies ultionis in corde meo: annus retributionis mea venit. Il. 63. 4. Dies ultionis, annum in corde Dei parturit felicitatis: tanta est æternitatis cum dolore conjunctio! Oliva f. D. Pass.

Cum iratus fueris, misericordia recordaberis. Habac. 3. 2. Nam Dei ira, & rigor, solet esse signum misericordiæ adventantis. Bæza t. 2. l. 11. c. 1. §. 14. Cum sentio te iratum, tunc maxime confido te esse propitium: quia, *cum iratus fueris &c.* Idiota l. 1. de vera pat.

Ex Novo.

Fuge in Ægyptum. Matth. 2. 13. Quia Deus, qui non in perpetuum irascitur; postquam percussit, iterum medetur: ideo sicut quondam gravissimè cecidit Ægyptios propter populum Israel; si nunc eam curandam misericorditer visitat. Dion. Carthus. in Matth. 2. *Quare vadit in Ægyptum?* nunquid alia terra defecit? Recordatus est Dominus, qui non in finem irascitur, quanta mala fecerit super Ægyptum: Ideo mittit Filium suum in eam; & dat illi magnæ reconciliationis signum, & perpetuæ reconciliationis pignus; ut decem plagas unâ medicinâ sanaret. - O commutatio dexteræ Excelsi! ut populus, qui antea fuerat persecutor populi primogeniti, postea fieret custos unigeniti Filij. Author. Imp. hic.

Generatio mala, & adultera, Signum queris; & signum non dabitur ei. Matth. 12. 39. Quid tandem terribilis hic leo faciet? in agnum vertetur. Subdit enim: *Signum non dabitur ei, nisi Signum Jone Prophete.* Quod illud Signum? suam Passionem, ac mor-

mortem, à Jona præfiguratum. Didacus Niff. in Phoen. Græc. l. 2. c. 10.

Etiã Domine: nam & catelli &c. Matth. 15. 27. Repellitur, & ut canis probrosè rejicitur: & tamen majori indè conceptâ ope inquit: *etiã Domine.* S. Basilius Seleuc. or. 21. *Etiã Domine contumeliam teneo curationis pinus. Currells edunt de mi. is, que cadunt de mensa dominorum suorũ.* Spondet mihi salutem canis appellatio. Sic etiã egit cum fratribus Joseph, maximè cum Benjamin. Gen. 44. 2.

Facio vespere dicitis; serenum erit, rubicundamentum est cælum. Matth. 16. 2. Præsens afflictio futuræ serenitatis indicium est. Hugo Card. in Sapient. c. 11.

Vade post me Sathana; scandalum es mihi. Matth. 16. 23. Verum necdum sex expletis diebus in Thabor illum demulcet. Matth. 17. 1. & post dies sex assumit JESUS Petrum. Olival. 5. Strom. §. Audivi murmuraciones.

Ecce eris tacens. Luc. 1. 20. Qualis erat culpa Zachariæ, quæ tam severè punitur? Sanè, ut placet Maldonato, &c. levis. Cur ergo tanta poena infligitur? Non tam dabatur pro culpa, quàm pro pignore, pro signo appropinquantis gratiæ. Bæza t. 2. l. 11. c. 2. §. 14.

Benedictus Dominus Deus Israel! Luc. 1. 68. Vide, quàm bonus Deus, & facilis indulgere peccatis! non solum ablata restituit; sed etiã insperata concedit. Ille dudum mutus prophetat. S. Ambr. hic. Nemo ergo diffidat; nemo, veterum confcius delictorum, præmia divina desperet: novit Dominus mutare sententiam; si tu noveris emendare delictum. Idem ib.

Quid est, quod me querebatis? misitatis &c. Luc. 2. 49. Quis hujus tantæ indignationis finis? *Ei descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis.* v. 51. Qui velut leo insurgere videbatur, quasi agnus descendit. Didacus Niff. in Phoen. Gr. l. 2. c. 10.

Ingressus perambulabat Jericho. Luc. 19. 1. alij: *circumibat.* Jericho civitas ipsa est, quam JESUS Nave septem tubarum clangore subvertit. Jos. 6. 20. Sed, quia Christus venit salvare, quod perierat; ingreditur Jericho: ut, quod Lex terribili vociferatione dejecerat, JESUS clamore piæ prædicationis attollat. Sanct. Chrysol. l. 54.

Quid mihi, & tibi, est mulier? Joan. 2. 4. At illa dixit ministris &c. Hæc verba indignantis esse quis dubitet? sciebat profectò mater sancta, objurgationem illam Domini, filijque sui, non irascentis offensam prætereundè, sed miserantis portare mysterium. S. Maximus l. 1. de Epiph.

Nisi signa, & prodigia videritis, non creditis. Joan. 4. 48. Post solatur: *vade, filius tuus vivit.* v. 50. Disce, sperare à Deo misericordiam; etiam si tibi videatur iratus:

iram enim Dei semper sequitur misericordia. Sylveira hîc q. 11.

Infremuit spiritu v. 33. tollite lapidum. Joan. 11. 39. Expaveram minaces Christi fremitus: & cum mille neces metuerem; ecce audio sepulchra referari, & mortuum in vitam revocari. Hic sunt divinæ iræ fremitus: hæc sunt Dei minæ? facit hoc divina ira; ut sæpe misericordiæ divinæ viam pandat. Bæza t. 2. l. 8. c. 3. §. 32.

Cæperunt loqui varijs linguis. Act. 2. 4. Linguarum divisio, quæ propter superbiam acciderat, reformata est per Spiritus S. Adventum; & in ore eorum omnium genera linguarum. Rupertus. Quam viam justitiæ Dei, ad inferenda supplicia, tenuit; per eandem misericordiæ e. jus ad exhibenda beneficia properavit. Didacus Niff. D. 2. Epiph. §. 1.

Tunc propior erat veniæ, cum fuisset commotio major iracundiæ. Prærogativa ignoscendi erat, indignatum fuisse: & operabatur in illo, quod in alijs timebatur; ut irascetur. S. Ambr. Orat. de obitu Theodosij Imp.

§. II.

Ira Dei maxima, non irasci.

Homo qui maledixerit Deo, suo, portabit peccatum suum, & qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur. Levit. 24. 15. Multò gravius est accipere peccatum, & habere secum; quàm morte mulctari. Mors purgatio est peccati ipsius, pro quo jubetur inferri. Ubi verò quis accipit peccatum, & manet in illo, nec aliquò supplicio diluitur; transit cum ipso etiã post mortem: & quia temporalia hic non perfolvit, ibi expendit æterna supplicia. S. Cyrill. Alexandr. l. 14.

Misit in eos iram indignationis suæ. Pl. 77. 49. Si ira est, necessariò est indignationis. Cur ergo appellat iram indignationis? Certè est ira indignationis, & ira misericordiæ: indignationis ira est illa, quando peccatores ob commissa dilecta non puniuntur. At misericordiæ ira est; cum punitione ad correctionem afficiuntur. Escob. t. 1. Mir. Chr. l. 10. Obl. 1.

Misereamur impio, & non disces justitiam. Il. 26. 10. Misericordiam hanc ego nolo: super omnem iram misericordia ista. Sanct. Bernardus l. 42. Tunc maximè irascitur Deus, cum non irascitur, aut iram suam nobiscum diffimulat. - Volo, irascaris mihi Pater misericordiarum: sed illâ irâ, quâ corrigis devium, non qua extrudis de via. Terret me vehementer tremendum illud verbum, quod adultera Jerusalem es locutus: *auferecur Z lus meus à te, & quiescam, nec irascar amplius.* Ezech. 16. 42. O iram terribilem! iram sinè misericordiâ! quæ ira hac potest comparari? Id. ib.

Non visitabo super filias vestras &c. Os. 4. 14. Hoc est terribile, hoc extremum; cum jam non corripimur pro peccatis; cum jam non corripimur delinquentes. Origen. hom. 8. in Ex.

Magna ira est, quando peccantibus non irascitur DEUS. S. Hieronym. ep. 33. ad Castrutium.

Qui multum peccant, magis timere debent, si non puniantur; quam si puniantur: crescit enim eorum poena ex eo; quod Deus longanimis non irascitur. Multa sunt nunc, quae in diluvio; sed diluvium non accedit: gehennae enim poena nunc inter minas est. Multi peccant, qualia hi, qui in Sodomis; sed ignis pluvia non descendit: igneum enim flumen paratum est. Multi ea, quae Pharaon, ausi sunt; sed non eadem passi sunt, quae Pharaon; neque submersi sunt in mari rubro: expectat enim illos pelagus abyssi. Multi, quae Israelitae, ausi sunt; sed non devoraverunt eos serpentes: manet enim illos vermis immortalis. S. Chrysostr. hom. 12. in aeta.

§. III.

Ira Dei est misericordia, & ei juncta.

Non morieris: veruntamen - filius, qui natus est tibi morte morietur. 2. Reg. 12. 13. 14. Fuitne hoc beneficium? an offensa? Dic beneficium: quia puer hic natus ex adulterio, & ostendi omnibus poterat, quis? cuius? ex qua esset. Didacus Niss. D. 1. post Epiph. §. 1.

Is ira consummationis. Pl. 58. 14. Est duplex ira Dei, est ira consummationis, & ira consumptionis. Ira consummationis, id est, perfectionis, illa est, qua homo perficitur, & consummatur virtute, cum à Deo flagellatur. Ira consumptionis illa dicitur, qua consumitur, & damnatur. S. August. hic. Vas aureum tunctionibus non consumitur, sed consummatur: ita probi virtus non aboletur, sed perficitur. Vas autem fictile percussione non consummatur, sed frangitur. *Sic conteram populum ipsum, sicut conteritur vas figuli.* Jer. 19. 11. *Tanquam vas figuli confringes eos.* Pl. 2. 9. Bar. radius D. 19. Pent. v. 3. l. 8. c. 8.

Iraustus, miserus es nobis. Pl. 59. 3. Theophylactus explicat: quia miserus est nobis.

Nec irascar amplius. Ezech. 16. 42. Vide misericordiam, pietatem, & patientiam, boni Dei: quando vult misereri, indignari se dicit, & irasci. Orig. hom. 8. in Ex. Et Pl. 98. 8. *Domine DEUS nos er, tu ex audiebas eos; DEUS, tu propitius fuisti eis, & ulciscens in omnes adinventiones;* seu, ut alij legunt, *affectiones eorum.*

Non in perpetuum irascetur. Pl. 102. 9. Divina bonitas ideo irascitur, ne irascatur: & misericorditer adhibet temporalem severitatem; ne aeternam referat ultionem. S. Prosper hic.

Factus est Dominus velut inimicus, praecipitavit Israel. Thren. 2. 5. Solam umbram, & imaginem, inimici sumpsit. S. Paschas. 2. mira dispensatione temperat sententiam severitatis; dum quasi; & non ex toto inimicus dicitur. *Polyanth. Sacr. Tom. 4.*

tur: quia etsi videatur civitatem dimittere in manibus hostium, & affligere aliquoties in tantum, ut penitus destituta credatur: non de crudelitate inimicitarum forte venit, sed de providentia pietatis; ut ad eum flagellata redeat. Baeza t. 3. l. 15. c. 2.

Super eos effundam, quasi aquam, iram meam. Ol. 5. 10. Quia sicut aqua visibilis mundat fordes corporis; ita captivatione inundavit populi peccata. Rupertus hic. Praestat lavari aqua quam igne.

Hypocritae! ostendite mihi numisma. Matth. 22. 19. Vide, quod Pharisei quidem blandiebantur, ut perderent; Iesus vero confundebat, ut salvaret: quia utilior est homini DEUS iratus, quam homo propitius. Auth. Imperf.

§. IV.

Ira Dei nos ipsi accendimus.

Exardescet sicut ignis ira tua. Pl. 88. 47. Ignis autem hic peccatorum nostrorum lignis alitur. Si de ijs poenitentiam egerimus, tollemus ligna ab hoc igne; & itatim extinguetur. Diez D. Palm.

Ecce vos omnes ignem accendentes estis. Il. 50. 11. Quid de poenarum acerbitate querimus? unusquisque nostrum se punit. Quid querimus, quod dute agit nobiscum Deus? multo nos durimus cum ipso agimus. Vim, ut ita dixerim, facimus pietati ejus; ac manus quodammodo afferimus misericordiae suae. Salvianus de provid. l. 4.

Nos caelestis irae ignem accendimus. Nihil itaque, nihil est nobis crudelius nobis. Nos, inquam, nos, etiam Deo nolente, cruciamus Idem ib. l. 8.

Vide Tit. Poenae.

§. V.

Ira Dei timenda.

Cognoscetur Dominus iudicia faciens. Pl. 9. 17. Ira Dei, quanta super peccatores sit, in fine apparebit. Nam fervor solis sub nube tegitur; sed quando discooperitur, quanti sit ardoris, ostenditur. Sic Christus, qui nunc est sub nube misericordiae; quanta sit iustitiae, & potentiae, manifestabit in fine. Geminiani Similit. c. 40.

Ne declines in ira à servotuo. Pl. 26. 9. Quid times, ne declinet à te in ira? Magis; si à te declinaverit in ira, non in te vindicabit. Si incurras in illum iratum, vindicabit in te. Opte ergo potius, ut delinet à te in ira, non sanctum timorem, quod Deum, etiam iratum, à se declinare metuebat. Etenim, dum adest Detis, non debet esse timori etiam divina ira: unum solum timendum malum, ne DEUS absit; nec ab ejus praesentia excidamus. Baeza t. 1. l. 1. c. 2. §. 1.

Ecce furor meus, & indignatio mea, conflatur. Jer. 7. 20. S. Hieron. legit: *stillavit super locum istum; & succendetur.* &

Fff ff

non

instiguetur. Non ait, effusus est furor super locum istum; sed *stillavit*; ut moderatam penam significet. Si autem in stilla furoris tanta duritia est; quid fiet, si omnis imber fuerit effusus? S. Hier. hic.

In virga indignationis ejus. Thren. 3. 1. Aliam ego quidem esse puto virgam furoris Dei, aliam virgam directionis, & virgam regni ejus; aliam verò indignationis: quoniam alia est ferrea, inflexibilis, quâ conteruntur impij, tanquam vasa testea, in ira furoris Dei. Alia, quâ in æquitate sancti reguntur, donec perveniant ad braviū supernæ vocationis. Alia illa, de qua ad Jerusalem Dominus Is. 60. 10. *in indignatione mea percussi te; & in reconciliatione*

mea misertus sum tui. Sub hac enim virga ad hoc percussit Deus, ut miseretur, ad hoc vulnerat, ut sanet. Paschasius hic.

Adhuc lenitas, & clementia est, ea calamitas, in quam incidimus; mitisque correptione, plagæque elementa teneram atatem coercentis; adhuc iræ fumus, suppliciorumque præludium. Nondum ignem exurentem sentimus, hoc est, concitatissimam DEI iracundiam; nec succensos carbones, id est, extremas pœnæ acerrimitates. Sanct. Gregor. Naz. Or. 16. in plagam grandinis.

In quadam patria locustæ omnia vastabant. Captæ aliquæ in utraque ala tres inventæ literæ, in una ira, in altera Dei. Broymard. Pœna divina.

TITULUS XXIV. JUDAS PRODITOR.

§. I.

Figura.

Suspendio interijt. 2. Reg. 17. 23. Quem admodum in persecutione Absolonis, Achitophel intimus consiliarius, & familiaris, prodidit Davidem, & postea suspendiō se necavit. Ità in Passione Christi, Judas unus ex intimis familiaribus prodidit eum, & *suspensus crepuit medius.* Bellarminus in Pl. 3. Ecce infelix! qualiter excœcatus est! maluit seipsum perdere, quàm denarios perire: denario stemplo, seipsum laqueo addidit. Drogo Olt. de Pass. D.

Servate mihi puerum Absolon. 2. Reg. 18. 5. Sicut David pacem exhibi ait iniquo filio, quando præcepit populo eunti ad bellum: *servate &c.* & eò interempto dixit: *quis mihi tribuat, ut moriar pro te, fili mi Absolon!* Ità Christus Judæ proditori, ut patet in convivio, & in osculo. Et sicut Absolon, ità, & Judas interijt. S. Thom. Aqu. in Pl. 3.

Judas judiciō Dei mente captus, se suspendit: in quo non jam mysterijs profundum, sed ipsa rei gesta superficies; Judam, & Absolonem, penè demonstrat, esse pariles. Nam & iste pendens quercu, mulâ, cui insidebat, pertranseunte desertus, merito in corde lanceam suscipit: & ille laqueo suspensus, & principum familiaritate desertus, dignas protinus sagittas, id est, æternæ damnationis sententias, in anima accepit. Rupertus hic.

Absolon Judæ imaginem portavit; secundum quod *parris pax* interpretatur: quia pacatus erga eum pater extitit; quamvis ipse dolis suis bellum haberet in corde. S. Augustinus in Psalm. 7.

Absolon, dum patrem suum insequeretur, in quercu suspensus est, quâdam præfiguratione Dominici traditoris: ut, sicut Judas, innotatus laqueo, vitam finivit; ità & persecutor Davidis constrictis faucibus expiraret. Cassiodorus in Pl. 3.

Absolon patris pax; ipse est & Judas. Sed quomodo comam nutriebat? *sur erat, & loculos habebat*: ista enim cæsaries gravabat. Et semel in anno tonsus est, quando semel retulit triginta argenteos, & projecit eos in templo. Drago Olt.

§. II.

Judæ beneficia à Christo collata.

Ad amicum eisi produxeris gladium, non desperes: est enim regressus. Ad amicum si aperueris os triste, non timeas: est enim recordatio. Eccl. 22. 26. 27. Videtur cum Juda locutus Spiritus S. Juda, licet exemeris infamis proditionis acinacem; non ideo desperes: pœnitentiæ enim reliquus est locus: est enim & regressus. Et licet contra illum mitissimum agnum os perfidiosum laxaris; nē timeas, dum te malefacti pœnitet: est enim recordatio, quod is tuam amicitiam amittus cupiat. Didacus Niss. de proditione Judæ. §. 3.

Et osculatus est eum. Matth. 26. 49. Accedentem ad osculum sanctissimi oris tui erutam bestiam non es averfatus; sed os, in quo dolus non est, ori, quod abundat malitiâ dulciter apposuit. S. Anselmus l. 7. de Evangelio. Permisit se Christo osculari à Juda; ut per hoc Judam ad charitatem, & pœnitentiam, provocaret. Dion. Carthus. hic. Discipulo suo, à quo tradendum se noverat dulcedine suæ bonitatis, nobis trementibus, & intuentibus savitiam eorum, qui eum comprehendere venerunt, osculum dedit. Sanct. Martialis ep. ad Tholomæos cap. 13.

Juda, osculo Filium hominis tradis? Luc. 22. 48. Cur mitis Agnus truculentum lupum de nomine suo vocat? S. Cyrill. Jeros. cætech. 13. hoc ad ipsum dixit, admonens eum per ipsius appellationem: *Judas enim vocatur confessio.* Ex nomine illum Christus vocat; ut industriam illi suggerat, quâ facile possit, dummodo velit, restaurare jacturam damnosissimam, quam

quam eatenus fecerat. Quam vili Judas Christum vendidit! quam paucò recuperare potest gratiam! Didacus Niss. D. 3. Pasch.

Venit ergo ad Simonem Petrum. Joan. 13. 5. Arbitror, ante omnes proditoris pedes lavisse, inde venisse ad Petrum: quòd enim alium quempiam antè laverit, constat ex eo, quòd dicit: *Venit ergo &c.* S. Chrysof. hom. 76. in Joan. Origenes idem sentit, addit ratione: ut medicina, ubi magis morbus urgebat, citius adhiberetur. Maldonatus: ut de proditore suo bene mereretur; eumque beneficiò quòdam obligaret singulari.

Maximorum miraculorum non tantum spectator ipse fuit; verum etiam artifex. B. Theodoretus in Pf. 108.

§. III.

Jude malitia.

Tunc abijt unus. Matth. 26. 14. Quando abijt? cum Magdalena alabastrum effudit super caput Jesu, & à multis reprehensa; laudata est à Christo. Ubi desijt infamia peccatricis, inde discipuli exorta proditio est.

Dicitur & quod hæc fecit - tunc abijt unus. Ubi vidit unius profusione alabastrum accessum patere ad Domini caput vel meretricibus; tunc animatus est ad flagitium Judas; oblitus lacrymarum, osculorum, ejulationum in domo Pharisæi. Malè didicit discipulus prodere, ex quo meretrix ungere docta est. Oliva l. 5. Strom. hic.

Et osculatus est eum. Matth. 26. 49. Cum sciret bonitatem Domini, audebat eum osculari. Ille autem fert usque ad novissimam horam; studens suâ longanimitate eum lucrari. Theophylactus hic. Judas osculo Filium Dei tradit; quòd usus Prodigus ad patris gratiam. Justè eodem osculo, veluti horribili hæstâ vulneratur ad exitum æternum; qui tantò beneficiò laborum Domini ad poenitentiam non allicitur. S. Ambrosius, nec immeritò graviore telò tantæ dignationis percussus est, quàm si eum fulmine percussisset. Denique patientiam Domini ferre non potuit. Itaque abijt, pecuniam refudit, laqueo se suspendit. Post osculum pacis à Domino acceptum, & auditam vocem, *amice, ad quid venisti?* debuerat Judas ad poenitentiam adduci. Contempsit: & ideo pondus beneficii non sustinens, laqueo addidit. Cur non dicit S. Ambrosius, justitiam ejus ferre non potuit? quia ingratissimè ipsa beneficia laqueos exhibent. Eicobar t. 5. Proph. Chr. l. 1. Obi. 4.

Judas, osculo Filium hominis tradis? Matth. ib. Hoc est, amoris pignore vulnus infligis, & charitatis officio sanguinem fundis, & pacis instrumentò mortem irrogas? Servus Dominum, Discipulus prodis Magistrum? electus auctorem? hoc est illud: *utilia vulnera amici, quàm voluntaria oscula inimici.* Prov. 27. S. Ambr. in Luc. l. 10, c. 95. Sic ille hunc textum legit.

Polyanth. Sacr. Tom. I.

Dedit illis signum. Matth. 26. 48. Osculum sacrilegum! ò conventus nefarius! ò placitum puniendum! ubi ab osculo incipitur bellum; & per pacis indicium pacis rumpitur sacramentum; & per quòd confueverunt gentes bella finire, per hoc profanus Judas bellum voluit inchoare. Mihi crede; habebunt per te multi terrorem; nè quando cum proximis simulatam habeant charitatem. Guttur enim profanum, quòd hodie Christo extendis ad osculum, crastinò es illud extensus ad laqueum. Malò tuò didicisti argentum expendere; mox incipies & corpus proprium ponderare. S. Chrysof. l. 1. de proditore.

Abijt. Matth. ib. Non à principibus invitatus; non ullà necessitate constructus; sed sponte sceleratæ mentis consilium inijt. V. Beda in c. 14. Marci. Infelix Judas, damnum, quòd ex effusione unguenti se fecisse crederat, vult Magistri pretiò compensare. S. Hier. in c. 26. Matth. Accepit aurum, perdidit Deum. S. Chrysof. l. 3. de Resurr. Pro clementia Domini hoc dico: quia magis ex hoc offendit Dominum, quòd se suspendit; quàm quia Dominum prodidit. S. Hier. in Pf. 108.

Pater! amitte illis. Luc. 23. 34. Ad Christi indulgentiam proditor Judas pervenire non potuit: quoniam perditionis filius prius in desperationem transijt, quàm Sacramentum Christus generalis redemptionis implevit. Nam, mortuò pro omnibus impijs Dominò, potuisset etiam hic consequi remedium; si non festinasset ad laqueum. Sanct. Leo l. 11. de Pass. hic.

§. IV.

Jude infelicitas.

Abijt unus de duodecim. Matth. 26. 14. Judas infelix verè abijt, Apostolatium suum dimisit, Episcopatum suum alteri reliquit; abijt in consilio impiorum; abijt à Deo. Actit cum diabolo. S. Rupertus l. 10. hic. Ecce infelix! quomodo excecatus est! maluit seipsum perdere, quàm denarios perire; seipsum laqueo addixit. Drogo Ost.

Constituerunt ei triginta argenteos. Matth. 26. 15. Triginta argenteis Christum vendit; inde triginta maledictionibus à Deo percussus, quos numerat ps. 108. v. 6. ut de ipso explicat S. Petrus Act. 1. 16. Rupertus hic: abijt Judas in concilio impiorum; abijt à Deo, stetit cum diabolo; & relatis triginta argenteis, in triginta maledictionibus trigelies maledictus, antequam natus. Sylveira hic.

Vale homini illi, per quem Filius hominis tradetur. Matth. 26. 24. Fulvius, proditoris, & læsæ majestatis reus; cum Cæsarem Augustum crimen suum latere crederet, ad eum salutandum adiit, & Ave Cæsar, dixit. Sed mox Imperator vale Fulvi, respondit, moxq; se subduxit. Sic Christus Judæ dicere poterat; & re dixit: *vale homini &c.* Vale ò discipule sine Magistro, Apostole sine conscientia, Christiane sine religione, Apostata ab utraque Lege. Faciem meam deinceps non videbis usque ad ultimum Mundi diei.

Fff ff 2

diei.

diem. Vale usque ad sonitum tubæ horribilis, quò aures tuæ, ad inspirationes meas modò surdæ, ambæ tinnient. Doultreman l. 2. cap. 5. Sect. 3.

Suffensus crepuit medius. Act. 1. 18. Meritò tibi sua pœna est commissa : quia in supplicium tuum nemo savior potuit inveniri. S. Leo l. 16. de Pass. Quod fecit in corpore suo, hoc factum est in anima ipsius : quomodo qui sibi collum ligant, inde se occidunt ; quia non ad eos intrat spiritus aeris hujus, sic illi, qui desperant de indulgentia Dei, ipsâ desperatione intus se suffocant, ut eos Spiritus S. visitare non possit. S. Aug. l. 50. hom. 27.

Diffusa sunt omnia viscera ejus. Act. 1. 18. Quanta inter araneam, & bombycem, est discrepantia ; tanta inter Apostolorum reliquorum, & Judæ, mortem interest. Judas, sicut aranea, laboravit. Pl. 38. 12. *sabescere fecisti, sicut araneam, animam ejus.* Ut muscas capteret aranea, se exenterat, & de interiori substantia telam texit, ac retexit ; ubi & contabescit. Ità Judas rei vilissimæ, exiguæ pecuniolæ, retia contexit ; in qua suspensus, vitæ tædiò, conscientia angore, proditi, ac damnati Magistri dolore, demum admitti sceleris horrore contabuit. &c. Doultreman l. 2. c. 5. Sect. 3. Audite ista avari, versate animò, quod Judas passus fuit : nam & pecuniam amisit, & scelus ad-

misit, & animam perdidit. Sancti Chryso. hom. 86.

Miscellanea.

Quare, inquis, Dominus talem ad Apostolum admittit ? ad hæc breviter dicendum : quia fecit hoc ob consolationem Ecclesiæ futuræ ; vel eorum maxime, qui Ecclesijs præsumunt : ut, cum eis aliquis perierit, respondeant derogantibus, dicant insultantibus : nè miremini ; & Christo accidit. Sancti Rupertus App. l. 8. in Matth.

Juxta V. Bedam, & Bonaventuram, Mscariotes interpretatur memoria mortis. Tam ingens fuit ejus avaritia, & malitia ; ut ipsâ etiam mortis memoriâ, proprio nomini infixâ, cohiberi nequiverit. Sylveira in Matth. c. 12. q. 19.

Auctor sermonum de Cœna Domini, operibus S. Bernardi insertus, ait : Judam ortum esse in vico Scariotho ; qui aliò nomine Marmotis, seu mala mors, dicitur. Quia verò in Gallia est mala mortis oppidum, inductos cœnet Theophilus noster in errorem fuisse eos, qui Judam natione Gallum fecerunt. Non malam mortem, sed memoriâ, vel memoriale mortis, significat Scarioth, teste S. Hieronymò. Doultreman cit. supra.

TITULUS XXV. JUDEX.

§. I.

Figura. Dignitas.

Dij non detrahes. Ex 22. 28. Quomodo intelligendum est hoc ? Judices appellat deos propterea, quòd ad imitationem Dei omnium, commissum est illis judicandi munus. Et hoc clariùs docuit Propheta David dicens : *Deus stetit in Synagoga deorum ; in medio autem deos dijudicavit.* Psalm. 81. 1. B. Theodoretus q. 51. in Ex.

Et clamaverunt ad Dominum, qui suscitavit eis Salvatorem. Judic. 3. 9. Lego Judices à Deo lectos, vocatos esse non belli Duces, non aulæ principes, non Dominos ; sed augustiore nomenclaturâ Salvatores. Velloso in Judith. 5.

Deus stetit in Synagoga deorum ; in medio autem deos dijudicavit. Pl. 81. 1. *Deus stetit.* Hebr. *Elohim*, quod proprie significat Deum judicem. Cajetan., Bellarminus : Synagoga deorum nihil est aliud, quàm conventus judicum à Deo constitutorum ; quibus etiam nomen suum impertivit, quia communicavit eum illis auctoritatem judicandi. Quod certe, ait Bellarminus multùm prodesset Judicibus ; si serò cogitarent ; in conspectu summi Judicis omnes causas judicari. Deus semper assistit præfens invisibili majestate, in conventu, & confesso, Judicium ; dum causas populi judicant. S. Remi-

gius hic : qui est in medio, æqualiter à circumstantibus videtur : & quia Deus communis est omnibus ; rectè in medio positus dicitur. Docere vult Judices ; ut semper sint in medio ; nec magis in divitem, quàm pauperem ; nobilem, quàm ignobilem, propendeant. Paoletti D. 22. Pent. Judæorum principes deos, utpote quibus judicandi officium commissum erat, nominavit. Eòdem modò etiam ipsos Lex nominavit : *dij non detrahes ; & principi populi tui non maledices.* Ex. 22. 28. Quoniam enim verè Judex est Deus, & hominibus judicandi officium commissum est propterea Judices dii nuncupati sunt : tanquam in hoc Deum imitantes, B. Theodoretus hic.

Ferculum fecit sibi rex Salomon. Cant. 3. 9. S. Anselmus per ferculum accipit Judices : ex cedris Libani sunt ; quia incorrupti ; & columnæ argenteæ, quia fortiter verum judicium resonat : & reclinatorium aurum ; quia radiant charitate, & sapientiâ : & ascensus purpureus ; quia, Christò in eis ascendente, parati sunt ad quaslibet persecutiones. apud Cornelium in Cant. 3. 9.

Dei minister est, vindex iram, in eum, qui malum agit. Rom. 13. 4. Quoniam futurum Judicium Deus statuit, & nullum perire vult ; hòc in Sæculo rectores ordinavit ; ut, terrore interposito, omnibus velut pædologi sint, nè in penam inci-

incidant futuri Judicij. Sancti Ambrosius hic.

§. II.

Judex non respiciat personas, sit æqualis.

Num. I.

Symbola, & Similitudines.

At ille præcipiet, ut effrants universa de domo. Levit. 14. 36. Cur nuda domus offertur Sacerdoti judicaturæ de lepra? Philo lib. quod sit Deus immutabilis: ut liberum judicium de domo possit ferre: nè, si pretiosum domus ornatu conspiciat, vereatur pronuntiare, domum esse leprosam; & nudam personam intueatur. Si verò supellex paupertatem redoleat, eam injustè leprâ damnet. Ignis in utraq; Legge data apparuit, quia ignis signum judicij; ut ait Philo lib. de judice: omnes æquè fovet, & calefacit; sive sit dives, sive pauper: omnia item æquè aducit, pretiosa, ac vilia. Pinna Ethol. 138.

Senuisti, & longævus es &c. & nunc di- vide terram &c. Jos. 13. 1. 7. q. d. mortis recordatione antè habitâ; aggredere ad dividendum: ut, sicut mors æquissima est in omnes, (æquod enim pede pulsât pauperum tabernas, regumque turres) ita tu ejus æquitatem in distribuendo imiteris. Eadem fortè causâ Patriarchæ suorum filiorum benedictionem non solum in senilem ætatem, sed etiam in horam mortis proximam, differebant. Itâ Gen. 27. 1. Isaac, Jacob Gen. 49. 2. Moyses Deut. 33. 1. Tobias Sen. 14. 5. quia scilicet, de sua integritate in vita quodammodo diffidentes, se ad id tempus reservabant; in quo, morte urgente, ad æquitatem servandam etiam inviti traherentur. Mendoza in 1. Reg. 1.

Vide te, Domine, sicut angelum Dei. Esth. 15. 16. q. d. in throno judicans Angelum refers, qui nec uxorem habet, nec genealogiam. Naxera in Jos. 1. §. 56.

Erit justitia cingulum lumborum ejus. II. 11. 5. Sicut cingulum medium tenet locum inter partem corporis superiorem, & inferiorem, æqualiterque dividit; ita justitia Judicis. Cingulum plus inclinatur ad partem, in qua bursa pendet ponderosa. Broymard Justitia.

Capilli capitis ejus quasi lana munda. Dan. 7. 9. Vetus dierum ille, cujus capilli lanæ mundissimæ comparantur: ex hujusmodi canitie purum ostendit, sincerumque, judicium; & nullam personam in judicando respiciens. S. Hieron. hic. senex describitur, ut maturitas comprobetur sententiæ. Id. ib.

Vos estis lux Mundi. Matth. 5. 14. Franc Labata v. Judex. Sol omnibus lucet, & calorem æqualiter largitur: nec pauperi minus, nec diviti magis, concedit; sed omnibus æquè lucet, & calorem exhibet.

Eccæ defunctus efferebatur filius unicus. Luc. 7. 12. Mors nullam personarum rationem habet. S. Antonius 4. p. Summæ tit. 14. e. 8. §. 1. dixit: si judicis boni optio daretur,

qui de re gravi pronuntiaturus esset; se nec Bartolum, nec Baldum; sed unam præ omnibus Mortem electurum: ut quæ nemini parcat; & tanti faciat divitem, quanti pauperem; & nec formæ, nec opum, nec statûs, rationem aliquam habeat.

Justitia distributiva centro similis est, quod in medio circuli. Sicut à centro ad circumferentiam majorem major, & longior, trahitur linea, ad minorem minor; sic justitia &c. Broymard Justitia.

Statera. Lem: *Omnibus eadem.* Picinelli.

Num. II.

Motiva, & Testimonia.

Ex Veteri.

Terra erat inanis, & vacua; tenebræ erant super faciem abyssi. Gen. 1. 1. Non miror à Moysè terræ defectus propalari, quæ noluit illum infantulum occultare. Ex. 2. 3. Sed admiratione dignum; quod aquæ, id est, abyssi, tenebras referat: cum inter aquas, velut inter materna brachia, asylum invenerit. Cur ergo & aquis non parcat? quia Moyses divinæ justitiæ erat minister; & si terræ referens defectus, aquarum taceret obscuritatem, videretur partialis, & aquis pepercisse, de Castillo Illat. 232.

Formavit Dominus Deus hominem de limo terræ. Gen. 2. 7. Hinc erudire, & esse intrepidus: nullius deinceps accipias personam. Quid magni tibi de ipso promittis? cogitationes, quæ cordi inferunt tumorem, flammamque accendant elationis, si quando te adorientur; fac, ut creationis hujus tuæ memineris. S. Basil. hom. 11. hexamer.

Israel diligebat Joseph super omnes filios suos. Gen. 37. 3. Et tamen, cum moriturus benediceret filios, Judam constituit regem. Ut adorarent eum omnes fratres ejus. Gen. 49. 8. 10. Si super ceteros diligebat, cur non honorabat? Rupertus l. 4. de Operib. Spir. S. c. 16. quia in dandis benedictionibus non suam, sed Dei voluntatem, debuit facere; non carnis affectum, sed Spiritûs instinctum, sequi dignum fuit. Sylveira in Matth. 1. q. 7.

Pauperis non miserebris in judicio. Ex. 23. 3. An misericordia in pauperem prohibetur? minime. Additur enim, *in judicio.* Nam, qui Judicis gerit munus, nec pauperis personam debet respicere, ut ex respectu personæ mitius judicetur. S. Aug. q. 38. bona est misericordia; sed non debet esse contra Judicium. Escobar t. 3. Colloq. Chr. l. 10. Obl. 4.

Ite - primum dium castrorum, - & occidat unusquisq; fratrem, & amicum. Ex. 32. 27. ut enim nullus liber erat à scelere, sic nullum à Judicis gladio jubet liberari. Baeza lib. 5. cap. 7. §. 1.

Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis. Levit. 19. 15. Judex oculos avertat tum à persona pauperis, tum à persona potentis: cum enim ad judicandum fas

fit audire; non opus est oculos vel in pauperem, vel in divitem, intendere: pauper suam miseriam ad clementiam nos flebit; dives, & potens, ad honorem ei exhibendum. Unde olim nonnulli Judices sententiam laturo vultum operiebant, Pinna Ethol. 138.

Judices constitues in omnibus porris tuis. Deut. 16. 18. Ut nec indigenas, nec advenas, respiciant. Innocentius P. l. 2. de vilitate conditionis humanae: pauperum causam cum mora negligitis; divitum causam cum instantia promoveis: in illis rigorem ostenditis, in istis mansuetudinem dispensatis: illos cum difficultate respicitis; istos cum favore tractatis: illos negligenter auditis; istos subtiliter auscultatis: loquitur dives, & verbum usque ad nubes extollitur; loquitur pauper, & dicunt, quis est hic?

Fustus Dominus, & justitias dilexit; aequitatem vidit vultus ejus. Pl. 10. 8. Non pecuniam, vel amicitiam, &c. Apud veteres homo pictus monoculus, vel oculum unum claudens, & mancus: quia justitia rectificat distorta; qui autem vult rem rectificare, unum oculum claudit. Broymard Justitia.

Judicate egeno, & pupillo. Pl. 81. 3. Si Deus deos dijudicaturus adventit, cur etiam egenum & pupillum, non judicat? Cur alijs causas pupillorum committit? ambivine magnatum potentiam, aut despexit humilitatem parvulorum? Quia ministri saepe in magnorum scelera non audent; & legem in pupillorum causis servant ad amissim. *Deus deos dijudicat*, id est, potentes, inquit Hugo. Ministri judicare nequeunt uti criminosos; quos suspiciunt, reverentes ut deos. Naxera in Jos. 10. §. 50.

Pondus, & pondus; mensura, & mensura; utrumque abominabile est apud Deum. Prov. 20. 10. S. Greg. l. 1. r. sup. Ezech. hom. 4. Scimus, quia in negotiatorum duplici pondere, aliud majus, aliud minus, est. Nam aliud pondus habent, ad quod pensant sibi; & aliud pondus, ad quod pensant proximo. Ad dandum, pondera leviora; ad accipiendum vero, gravia praeparant. Omnis itaque homo, qui aliter pensat ea, quae sunt proximi; & aliter ea, quae sua sunt; pondus, & pondus habet. *Utrumque abominabile est apud Deum.* Quia si sic proximum, ut se, diligeret, hunc in bonis, sicut se, amaret. Et si sic se, sicut proximum, aspiceret, se in malis, sicut proximum, judicaret.

Num. III.

Ex Novo.

Nè velitis dicere intrà vos, Patrem habemus Abraham. Matth. 3. 9. q. d. non est Deus acceptator personarum; nec ullum ex dignitate, aut nobilitate, absolvit, aut damnat; sed tantum ex merito. Pinn. Ethol. 88.

Nunquam novi vos. Matth. 7. 23. Bonus, & rectus, non solum post damnationis sententiam, à damnatis oculos avertit; sed & ante sententiam, & cum opera proponerentur, exami-

nabantur, nunquam novit personas; an essent nobiles, divites nunquam vidit aliquo odij, vel amoris, affectu inclinatus in illas. Baeza t. 2. l. 10. c. 3. §. 16.

Amen dico vobis, nescio vos. Matth. 25. 12. Nescio, an venustae sitis, & gratiarum manibus factae, puellae; nescio, an sitis venustae, nobilitate conspicuae; nescio, an opulenta, an procerum necessitudo vos protegat, & vindicet à periculo non bonae causae; causae merita tantum ad judicium scio. Celada in Judith. c. 8.

Dives sepultus est in Inferno. Luc. 16. 22. Lazarus in sinu Abrahae. Deus hoc actu justitiae Judices docere voluit; ne magis divites, quam pauperes, respiciant. S. Chryost. in Pl. 48. quamvis sit dives, quamvis sit potens, quamvis alicui notus, & familiaris; haec omnia sunt illic inutilia: illic unusquisque ex factis puniatur, & coronatur. Paoletti D. 22. Pent.

Inclinans se deorsum, digitò scribebat in terra. Joan. 8. 6. Hoc fecit Jesus, cum ferre sententiam contra adulteram rogaretur. Duo hoc factò innuit, quod imitari debent Judices. Imprimis inclinavit se deorsum, ut terram solum respiceret; & à rea, & accusatoribus, vultum averteret. Pineta in Eccl. 11.

Bonus justitiae administrator sine genealogia sit. Hebr. 7. 2. 3. Melchisedec, qui interpretatur rex justitiae sine patre, sine matre, sine genealogia. Naxera in Jos. 1. §. 56. Habebat naturalem patrem, & matrem dicitur autem patre, & matre, carere, prout est Melchisedec, id est, rex justitiae: quia tunc nullus consanguinitatis affectus in eo conspiciebatur. Sylveira in Matth. 1. q. 7.

Reges eas in virga ferrea. Apoc. 2. 27. Rupertus hic: id est, reclusa, & severa justitia, disciplina; quae non citò flectatur in gratiam, vel odium: quia vicit haec, qui praedictarum est victor passionum, bonumque habet zelum; nunquam odiendo hominem, & amando vitium; sed temper amando hominem, & odiendo vitium.

Ex Patribus, & alijs.

Quemadmodum sagittarius telum ad scopum dirigit; atque neque excessu, neque defectu, neque in utramque partem praevagatione, à jaculatione aberrans: sic Judex justitiam conserat; nec personas suscipiens, nec faciens aliquid ad preces; sed recta judicia proferens. S. Basiliius in initio Proverb.

In judicijs nunquam errabit, nunquam reprehendi poterit jure justitiae virgam tenens; in Dei, & non suam, aut hominum, secutus fuerit voluntatem. Simon Cass. l. 14. c. 15.

Judices Romanorum faciem habebant velatam; ut solum causas audirent. Ex. 34. 35. Moyses velatus, cum loqueretur filiis Israel judicium Dei. Joan. 7. 24. *voluit judicare secundum faciem.* Broymard Judices.

§. III.

Judex non acceptet munera.

Num. I.

Exempla non acceptantium.

Ibat per singulos annos circueus Bethel. 1. Reg. 7. 16. Samuel rem suam non agebat, sed subditorum: ne subditi, adeundo suum Judicē, sumptus facerent, tempus perderent ipse, quiescentibus omnibus, solus discurrerat. Ac tandē, sui memor muneris, civium munera non expetebat: unde nullas sibi pecunias, plurimas Deo animas, lucrabatur; ante Evangelium Evangelij professor, ante Christum Christianus, ante Paulum Pauli imitator: 2. Cor. 12. 14. *non ero gravis vobis: non enim quero, quæ vestra sunt, sed vos.* Mendoza in 1. Reg. 7. hic.

Ecce inventa est in manu mea quarta pars stateris. 1. Reg. 9. 8. Doleo, quod hanc minutam partem fat fore Samueli, & Prophetanti, & imperanti, putārint; cum duplicatō stateris nē lixa quidem Sacerdotis compefci hodie possit pro minimo obsequio. Præerat Israëlī Samuel, junxeratque Sacerdotium Præfecturæ: & tamen unus assis munerando Pontifici, & Principi, fat est. Quanta nunc offerenda pocillatori; Olival. 2. Strom. hic.

Venit ergo Naaman cum equis, & curribus &c. 4. Reg. 5. 9. ad Elisæum; multaq; munera secum attulit. Quid igitur? num illi processit obviam? statimne illi occurrit? nē ad præsentiam quidem suam illum admisit: nē muneribus, quæ attulerat, eum curasse videretur. S. Nilus lib. ascetico. Integerimus Judex, non solum manus à muneribus, sed & visum, abstinere studeat. de Castillo Illat. 155.

Dedit cibaria ancillis suis. Prov. 31. 15. *Digitus ejus apprehenderunt fufum.* v. 19. *Nobilis in portis vir ejus.* v. 23. Ubi erant tribunalia, ut advertit Carthusius, Salazar, Cornelius. Mulier non providit domui suæ ex muneribus acceptis, sed labore manuum suarum. Sylveira in Matth. 19. q. 14.

Conversus ad mulierem dixit Simoni &c. Luc. 7. 44. Cur oculos ad mulierem convertit, redarguens Simoni arrogantiam? Oculos avertit à mensa, & cibis: ut discamus, quantam vim munera habeant: quasi visâ munera lingua verba aspera eripiant. Naxera in Jos. 1. §. 48.

Argentum, & aurum, aut vestem, nullius concupivi. Act. 20. 33. Cum multa posset Paulus adferre, quibus suam gloriam cumularet; alijs omnibus omiffis, hoc unum adduxit: quasi reliqua omnia hoc unum contineant; & Judex incorruptus in reliquis perfectus fit. Pinna Ethol. 117.

Justitiæ illius quod majus, illustriusque, argumentum afferri potest? quam quod in magnis Reipublicæ muneribus, administrationibusque, versatus; nē teruntio quidem facultates suas auxerit. S. Greg. Naz. or. 28. de funere Patris.

Thomas Morus judex æquissimus, cum ei

vidua, cui litem adjudicarat, poculum aureum obtulisset; ille accepit quidem, sed vinò replens ei præbuit, & reddidit. Corn. in Ex. 23.

Num. II.

Munera faciunt mutum.

Nomen uni Phison. Gen. 2. 11. id est, *ore mutæ*. 10. S. Ambr. lib. de paradiso c. 3. & in Pl. 1. meritò os illic commutatur, ut non teneatur promissorum fides, sed sit in ore dolus; ubi est aurum bonum. Avaritia enim fidem frangit; nec tenet verborum simplicitatem. Ornamenta quoque pretiosa mentem, animumque, commutant; ut aliud in pectore, aliud in termone, sit. Sed cur alijs fluminibus immutandi oris nomen, & insigne, non imponitur? quia per terram auferam non fluit. Gen. 2. 11. *ipse est, qui circuit omnem terram.* Arcones in If. 2. Disc. 3.

Canes muti non valentes latrare. Il. 56. 10. Quid mutos facit? offa. Furunculus nocte officinam infringit, canem reperit latrantem; è sacco bolum panis educit, & ita cani os obstruit; habetque placitum sibi, & securam, furandi occasionem. Paoletti D. 3. Adv.

Quanto plena crumena aurò, tanto vacua sententia jure. Nullum robur in Ulpiano, aut Justiniano, contra aurum est. Qui pro se muneris eloquentiam habet, tacere securus potest: nam subornatus Judex sæpius Advocatus est. Naxera in Jos. 1. §. 48.

Si in aurem Advocati susurret pecunia, Orphei lyra, carmen Amphionis, Musa Virgilij, voce pecunie suffocantur. Ubi munus loquitur, Tulliani eloquij tuba raucescit. Ubi nullus militat, Heclorea militiæ fulgura compefcuntur. Nummus vincit, nummus regnat, nummus imperat universis. Broymard Munera.

Quidam Judex, teste Cæsariò, qui muneribus corruptus suas sæpe sententias corrumpebat; cum hiante ore expiraret, sine lingua inventus est. Et verè, inquit Cæsarius, linguam perdidit moriens, qui illam sæpe venderat vivens. Alius, teste Antoniò, licet Ethnicus, quia vivus semper veritatem amaverat, mortuus in sola lingua multis annis vitam conservavit; donec, consultò Episcopò, baptizatus omnino deceffit. Mendoza in 1. Reg. 8. Annot. 32. Sect. 4.

Horologium rotis, & ponderibus, actum. Lem: *Sine pondere mutum est.* Sic sine aurò Causidici. Malenius in Symbolis.

Num. III.

Munera excœcant.

Placabo illum muneribus. Gen. 32. 20. Hebr. *operiam faciem ejus velamine.* Oleaster hic: videat ipse prius munus, quam ego faciem ejus; & munus faciem leniat ad aspectum meum; nē in me malum, quod sibi intuli, videat; seu videat oculus muneris me non suis: qui enim munera accipiunt, vident per munera, non oculis suis. Videtur metaphorâ usus, sumptâ

sumptâ ab ijs, qui utuntur perspicilijs divertorum colorum; quibus omnia cærulea, aut viridia, videntur; & eò colore tincta, quò perspicilia sunt imbuta. Itâ, qui dona admittit, quidquid per illa cernit, de eorum colore, & specie, arbitratur omnia. Didacus Niss. in Phœn. Gr. p. 2. l. 6. c. 5.

Non accipies personam, nec munera: quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum. Deut. 16. 19. Sol diei præful Gen. 1. 16. à terra accipit vapores, qui ex ijs obnubilatur. de Castillo Illat. 155. Varius excæcandi oculos olim apud crudelem Græcorum gentem fuit: potissimum autem is erat; ut admotâ aureâ, candenti, & ignitâ, ad oculos laminâ, perfringerent, ac hebetarent pupulam. Doultreman l. 4. c. 3. Sect. 5.

Num. IV.

Munera pervertunt, corrumpunt.

Instante partu apparuerunt gemini in utero. Gen. 38. 27. Certârunt, quis primus egreteretur. Zara manum extendit, quæ ab obstetrice fuit signata: & cum retraheretur, Phares primò est egressus. Cui putatis assignatam primogenituram? dicetis Phares, qui primò natus est. Erratis: obtinuit illam Zara; nec ob aliam causam, nisi quòd prior extenderet manus. Si inter duos agatur lis de hæreditate, vel gravi summa pecuniâ, quis vincet? qui majora munera manu extendit: Zara vincit. Paoletti D. 22. Pent.

Dic ad Aaron: tolle virgam tuam, & extende manum tuam super aquas Egypti, ut vertantur in sanguinem. Ex. 7. 19. Ecce Moyse aquas non verberet, qui non multò post aquas dividet? Verùm quia à fluminis aquis servatus beneficium acceperat, flumen, licet puerorum jugulatorem, virgâ verberare nequibat. Obsequia, aut munera, gladium Judicis hebetant. Naxera in Jos. 7. §. 10.

Declinaverunt post avaritiam, acceperunt munera. Procinus intulit. *& perverterunt Judicium.* 1. Reg. 8. 3. Vicinum quippe, atque cognatum, est; ut, post munus acceptum, pervertatur etiam corruptò censore judicium. Id. ib.

Gemma gratissima. Perverb. 17. 8. Hebr. *Lapis gratie, munus in oculis heri ejus.* q. d. munus principi collatum, non aliter ejus gratiam, & benevolentiam, trahit; quàm magnes ferrum. Corn. hîc.

Aliqui Judices, utinam non multi, sunt sicut statera; quæ illic plus ponderat, sive ad illam partem amplius inclinatur, ubi plus ponitur. Sanct. Antonius Pad. f. 3. hebd. 4. Quadr.

In Judicijs, quòd vergit aurum, illuc præponderat judicium. Isidorus Pelus. l. 1. ep. 101.

Nescio, quò pacto rara est hominibus clausa manus, & aperta justitia. Cassiodorus l. 9. var. ep. 24.

Proverbium Græcum: lepus aureò vinculo revinctum leonem trahit.

Messis aurea, curia appellata est, in qua, tritici locò, aurum metunt Judices. Plutarchi, in Polit.

Advocato à cliente datus fuit currus; adversarius ei equos dedit. Cum ergo, qui currum dedit, videret; quòd potius pro adversario loqueretur, ait: currus malè vadit. Advocatus respondet: non potest aliter ire, quia equi eum sic ducunt per illam viam. Broymaid Munera.

Currus malè unctus stridet; sic Judices sine muneribus. Incert. Auth.

Piscis. Lem: dum capio captor. Publius M. Beneficium accipere, libertatem vendere est. Picinelli.

Maximè per uxorem data.

Dabimus tibi singuli centum mille, & centum argenteos. Judic. 16. 5. 18. Unus è Judicibus populi Samson quàm miserè uxoris laqueos fuit expertus: ipsa pecuniam à Philistijm, accipiens Samsonem & crine, & robore privavit. S. Ambr. 2. offic. c. 26. influxit pecunia in gremium mulieris; & à viro discessit gratia. Hæc sunt quotidiana in judicijs damna: influunt munera in gremium uxorum, & à viris discedit gratia, robur, justitia. Necaliter S. Maximus prælagit, innocentiam Susannæ in judicio probandam, nisi quòd Judicem celebem fuerit nacla. Sic enim hom. 1. de JEU accusato ait: Judicem meretur castitas, Daniele puerum juniorem, necdum pubescentis avaris. Multum igitur de Deo pudicitia consequitur, cum Judicem virginem promeretur. Bæza l. 4. c. 3. §. 25. Rebellis Angelus jam ipse perimebat Pilati judicium, jam non tam JESUM, quàm aëreas potestates damnandas metuebat: & ut Judicis sententiam flecteret, Judicis uxorem invadit. Antiqua est Judicium corruptela utor. Si Judex incorruptus, inflexibilis est, Judicem præteri, uxorem ejus adi, munera infunde; & ad nutum tuum habebis Judicem. Bæza l. 4. c. 3. §. 25.

Num. V.

Munera non acceptandi motiva varia.

Porricum solij, in qua tribunal, text lignis cedrinis. 3. Reg. 7. 7. Ut ostenderet; sicut cedrus nullam corruptionem patitur; itâ Judicis animum nullis muneribus corrumpendum. Mendoza in 1. Reg. 8. Annot. 32. Sect. 4.

Justus Dominus, & justitiam dilexit; aquitatem vidit vultus ejus. Psalm. 10. 8. *In quorum manibus iniquitates sunt; dexteram eorum repleta est muneribus.* Psalm. 25. 10. *Justitia plena est dextera ejus.* Ps. 47. 11.

Dilexisti

Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem; propterea unxit te Deus. Pl. 44. 8. Qui muneribus non curant ungi, eos Deus ipse ungit specialibus favoribus, & beneficijs. de Ponte in Cant. 1. Eph. 21. §. 4.

Iustitia de caelo prospexit. Psal. 84. 12. Judicum terrorum, qui à munerum pulvere, & luto, non excutunt manus, iustitia pulverulenta non prospicit è caelo; sed de terra, argento, & auro, quod hiante ore esuriunt. Iustitia incorrupta, quæ terrenis avaritiæ non fordatur affectibus, est iustitia coelestis; tanquam de fudo, & sereno, caelo profert sententiam incorruptam. Arcones in l. 1. Disc. 3.

Collyriò inunge oculos tuos. Apoc. 3. 18. Per collyrium intelligere videtur externarum rerum penuriam, munerumque desipientiam: nam si dona videntium oculos excæcant, omnino munerum contentio hos aperiet. S. Andreas Cæsar. f. 3. hic.

Thebis imagines Judicum erant sinè manibus. Plutarchus in l. 1. de Ostride.

§. IV.

Judex sit difficilis ad credendum, tardus, accuratus, ad judicandum.

Ex Veteri, & Novo.

Voluit Deus leprosum septem diebus à cæterorum hominum consortio segregari; ut interea Sacerdos, cujus erat inter lepram, & lepram discernere, maturè deliberaret; ac tum demum iudicium ferret; nè quid temerè, & præcipitanter, ageret. Levit. 13. 4.

Decernite, qua urbes esse debeant in præsidia fugitivorum. Num. 35. 11. Civitates plures factas esse refugij legimus: nè ad eas fugiens malefactor subito judicaretur sinè magnâ examinatione iudicij. Simon Cass. l. 7. c. 3.

Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo - non, nè solligentes Zizania eradicetis simul cum eis & triticum. Matth. 13. 27. 28. 29. Quomodo triticum eradicabitur pro Zizanijs, si agricolarum visu sola Zizania condemnantur? S. Hieron. inter lolium, & triticum, quamdiu herba est, magna similitudo est: ergo visus Judex falli potest. Quid ergo? finite crescere usque ad messem; tunc dicam messoribus. Dicam utique, en Zizania. Tunc autem vos videntes, & audientes, justè poteritis Zizania condemnare. Eusebius Coll. Chr. t. 3. l. 1. Obf. 5.

Quid hoc fecisti? Jon. 1. 10. Quanto cum consilio nauæ Jonam in mare miserunt; tempestas tempus abbreviabat; fors ceciderat super Jonam; & tamen eum interrogant, quid fecisti? Erat jam culpam confessus; non tamen mox eum ejiciunt, rursus interrogant, cur hoc fecisti? Agnoscent apertè ejus inobedientiam, divinamque esse iustitiam, ut illum præcipitent: morantur adhuc, rursusque quærunt. v. 11. *quid faciemus tibi?* Tum demum, oratione

Polyanthe. Sacr. Tom. I.

præius factâ, illum in mare ejiciunt. Diez Sabbatho D. 3. Quadr.

Ecce sponsus venit. Matth. 25. 6. Cùm Dominus judicaturus est, plerumque dicitur venire, descendere. Gen. 3. 8. Gen. 11. 5. Gen. 18. 21. Luc. 12. 43. &c. Cur dicitur ad judicandum venire, descendere, cùm omnia sint nuda, & aperta oculis ejus? Hebr. 4. 13. S. Basilius in Pl. 32. quia ad judicandum requiritur summa attentio, & operum examen. Sylveira hic.

Digitò scribebat in terra. Joan. 8. 6. Noluic statim proferre sententiam: ut doceret, quòd prius deliberanda est, & etiam scribenda, sententia; antequam proferatur. Hugo Card. hic.

Quod scripsi, sic scripsi. Joan. 19. 22. Ut secundum præsentiam nostram mutare non liceat. Decet enim ita prævidere, quod dicitur; nè cogatur ex imperitiâ retractare, quod dixerit. Quod scripsi in tabula, prius scripsi in prudentia: quod scripsi literis, prius scripsi in iudicio rationis. Simon Cass. l. 13. hic.

Ira in vindictam malorum sequi debet rationem animi, non præire; ut quasi ancilla iustitiæ post tergum veniat; & non lasciva ante faciem prorumpat. Sanct. Gregor. l. 8. ep. 51.

Judicium, antequam proferatur, appendat pluries in statera. Ipsa iustitiæ ratio dicitur, quòd nihil sub caelo in rebus creatis tantâ diligentia sit tractandum, & gubernandum diligentius inter omnia, quàm homo; propter quem facta sunt omnia. Simon Cass. l. 15. de iustitia Christiana.

Judices imitari debent citharcedos; qui, antequam citharam pulsent, singulas sonantes audiunt, ac inter se contemperant; ut congruum edant sonum, & harmoniam. Cornelius in c. 11. Eccli. v. 8. apud Didacum Niss. lib. 8. cap. 3.

Virgis, & securibus, Romani olim plecebant flagitia; Magistratusque, & Prætores, ejusmodi instrumenta secum semper ferebant, sed constricta. Plutarchus problem. 79. t. 1. quid est, quòd Prætorum virgæ securibus alligatæ præferuntur? Signum est, non oportere Magistratus iracundiam promptam, ac dissolutam esse. Didacus cit.

§. V.

Audiat & altera pars.

Ex Veteri, & Novo.

Auditur à Deo Adam; auditur Eva. Gen. 3. 9. 13.

Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Gen. 4. 10.

Viri isti contempserunt rex decretum suum. Dan. 3. 12. 13. Nabuchodonosor non illicò credit delatoribus; sed eos accersit: *verène Sdrach &c.* Non potestate, & voluntate, agere voluit; sed ex lege, & ratione. Velloso in Judith. 3.

Ggg gg

Quid

Quid hoc fecisti? Jonæ i. 10. Vide hunc locum §. superiore.

Popule meus! quid feci tibi? - responde mihi. Micheæ 6. 3. Sanct. Hieron. hic: qui poterat quasi DEUS pro sceleribus populi peccatoris inferre supplicia, non vult videri potens, sed iustus.

Vidit ibi Rex hominem non vestitum veste nuptiali? &c. Amice quomodo huc intrasti? Matth. 22. 11. 12. non tamen mox misit in vincula, nullâ flagitij inquisitione. Et quidem non delatum delatus erat, sed inspectus; & tamen defensionem reo non negavit. Imò cui exprobrare potuit impudentiam; quem vocare poterat arrogantem, ingratum, indignum suâ gratiâ; benignè compellat, ut se purget: *amicæ &c.* Oliva t. 3. conc. 6. die 3. V. in Quadr.

Interrogavit cum a cœcis: quod est tibi nomen? Luc. 8. 30. Vide superiorem §.

Quid hoc audio de te? Luc. 16. 2. Laudabili, & probatò more, formam juridicam sequitur: non enim more fulguris, aut torrentis, etiam in noxios, decernendum; etiam si accusatio, si diffamatio multa conclamet. Simon Cass. l. 6 c. 13.

Interrogat, non ignorat; sed implet Judicem, servat ordinem cognitoris; nomen interrogat, ut de conditione discutiatur, judicet de reatu, addicat de crimine; Deum se esse datâ sententiâ demonstret. S. Chrysol. f. 17. in illud Luc. 8. 30. quod est tibi nomen?

Alexander M. auditorus accusatorem, manu alterâ aurem occludebat, alteram tantùm præbebat. orantî causam dixit: alteram aurem reo integram servo. Plutarchus. apud Masenium l. 2. arguit.

§. VI.

Judex non soli auditui credat, visum adhibeat.

Clamor Sodomorum, & Gemorraha multiplicatus est, - descendam, & videbo. Gen. 18. 20. 21. Audit clamorem; sed & visurus descendit. Loquitur humanò more: nam ab aeterno omnia fecit. Escobar Coll. Chr. t. 3. l. 1. Obl. 6. Omnia sciens, cuncta videns, universa comprehendens Deus aiebat: *descendam &c.* Cur ita loquitur? ut non solum Prælati (Judices) discant, quâ cautione causas reorum tractare; sed etiam, ut nemo cœcò impetu ad judicandum leviter aliorum dicta, seu facta, deproperet. Didacus Nisi. l. 7. c. 9. Maxima pars generis humani indiscretò judicò, ad reprehendum prompta, & parata, esse probatur. S. Aug. f. 202. de temp.

Isaac non credit soli auditui, dicente Jacob: *ego sum primogenitus tuus Esau.* Gen. 27. 19. Locò visûs tactu utitur v. 21. *accede huc, ut tangam te.* Et uterque sensus. Escobar antè cit.

Fecerunt sibi vitulum constabilem &c. Ex. 32. 8. Si cœdunt Moysen monstri; cur tabulas non confregit, cum scelus tantum audivit à Domino? num Deo non credidit? Credidit; sed

ex consortio Domini didicit; ad supplicia non festinandum; Judicemque debere sententiam differre; donec suis ipse oculis flagitium spectet; licet Deus accuset. Quod si in re tanta, etiam Deò judicium faciente, cunctandum est: tu quis es, qui audeas inauditòs damnare, quos non Deus accusat, sed Faunus livore rabitus; quin ore non tot dentes, quot mendacia dicit; quibus arrodit proborum vitam, & famam. Oliva. 3. Strom. hic.

Audio, scissuras esse inter vos; & ex parte credo. 1. Cor. 11. 18. Cur non credit ex toto? quia solummodo audiens scissuras esse inter Christianos, nec videns. Escobar cit.

§. VII.

Judex sit imparvidus.

Noli querere fieri Judex, nisi valeas virtute irrumperè iniquitates; ne forte expavescas faciem potentis. Eccli. 7. 6.

Percutiens servum principis Sacerdotum &c. Matth. 26. 51. Cur Petrus, & non alius? S. Aug. f. 117. de temp. quia ipse accepit regni cœlorum claves; & solvendi, ligandique, ipse adeptus est potestatem.

Accepit aquâ lavit manus. Matth. 27. 24. Lavit quidem manus, sed culpam non lavit: quia Judex non cedere debet timori, nec ullis adversantium impulsibus; ut sanguinem condemnaret innocentem, quem prædicabat justum. S. Paschas. l. 12. in Matth.

§. VIII.

Judex non judicet juxta voluntatem, vel potentiam.

Omnia, quaecunque voluit Dominus, fecit in cœlo, in terra. Pf. 134. 6. Sed audite causam, cur edicta Dei semper implentur. *Omnia opera ejus vera, & vis ejus justitia.* Dan. 4. 34. Richardus à S. Vict. l. 2. de erud. hom. inter: ergo idem est ejus voluntas, quod æquitas; & æquitas, quod voluntas.

Aut non licet mihi, quod volo, facere? Matth. 20. 15. Resp. hanc voluntatem usurpavit Christus in re gratâ; mercede dandâ. *Nolo & huic novissimo dare.* In beneficijs dandis agite, ut liberit; ad aliorum jus quod spectat, nemo putet sibi permiffum, aut velle, aut posse. Oliva t. 3. die V. 3. Quadr.

Non possum ego à me ipso facere quidquam: sicut audio, ita judico: & judicium meum justum est; quia non quero voluntatem meam. Joan. 5. 30. S. Ambr. ep. 20. ad Heren. justitia in judicando, non potentia est. Ego non judico; sed facta tua te judicant: ipsa te accusant, ipsa te condemnant. Leges te adjudicant; quas Judex non converso, sed custodio. Secundum quod audio, judico; non secundum quod volo; & ideo judicium meum verum est: quia non voluntati indulgeo, sed æquitati. Consideremus itaque, quæ sit judican-

di religio : Dominus caeli, atque terrarum, Judex omnium dicit : *non possum*. Et homo dicit, nescis, quia potestatem habeo dimittere te, & potestatem habeo crucifigere te ? Oliva t. 3. conc. 6. die tercio Ven. in Quadrag.

Sicut audio, ita judico. Joan. 5. 30. Non sicut amo, non sicut timeo; sed sicut audio. S. Bernardus de grad. humilit. Sylveira hic c. 2.

Nunquid lex nostra judicat hominem ? Joan. 7. 51. Nil gravius ad bonitatis subversionem, ad elidendum innoxium, ad erogandum publicum bonum, privatumque destruendum; quam, si qui habent in manibus Leges, qui praesunt; qui habent ex Lege discernere; agitat invidia, incendit ira, odium vexat, placitum dominatur, veritas exilio est. Apud quos eo valet virtus unius, quod stilla modica vini superjecta magno & rapido flumini, ad saporem; imò velut injectum oleum lignis igni suppositis majus facit incendium. Simon Cass. l. 11. c. 33.

Quatuor sunt, quae coecant oculos Judicum: scilicet, amor, odium, lucrum, & timor. S. Thomas Aqu. opusc. 37. c. 6.

§. IX.

Judex non probrabat causas.

Judicabunt populum omni hora. Ex. 18. 21. Audiant principes populi, & presbyteri plebis: quia debent omni hora populum judicare; semper, & sine intermissione, sedere in judicio. Origen. hom. 11. in Ex. Ita ille legit. Alias: *qui judicent populum omni tempore.*

Judicabat Samuel Israël cunctis diebus vite sua. 1. Reg. 7. 15. per singulos annos circueiens &c. v. 16. Non est factis, facere; nisi etiam matures, quod facias. S. Ambr. l. 2. de Abrah. Adhuc veritas, adhuc inutilia requiruntur? jam clamat veritas; & adhuc quaeritur vanitas: merito fortiter flagellatur hic Mundus. S. Aug. l. 12. de V. D.

Venerunt dua mulieres meretrices ad regem. 3. Reg. 3. 16. Quam fortunati Hebraei, quorum rex vel mulierculas audit litigantes; nec objurgat, sed judicat. Et quidem non per mensam ad fores steterunt, ut tandem post muna, preces, & lacrymas, admitterentur. Sed, quò die palatium adiere, admittae sunt: & quidem non matronae erant; sed meretrices. Oliva l. 9. Strom. hic.

Si negavi, quod volebant, pauperibus; & oculos vidua expectare feci. Job. 31. 16. Sanctus vir ostenditur per haec dicta, pauperibus etiam ad desiderium deservisse. Petentem se viduam expectare noluit: ut non solum ex munere, sed ex celeritate muneris, merita augetet. S. Greg. mor. l. 21. c. 11.

Nè dicas amico tuo, vade, & revertere, & eras dabo tibi; cum statim possis dare. Prov. 3. 28.

Hodie mecum eris in paradiso. Luc. 23. 43. Et ipsa Crux, si attendas, tribunal fuit. S. Aug. tr. 32. in Joan.

Polyanth. Sacr. Tom. 1.

S. Ambr. l. 8. in Pf. 118. Potuit dicere: mecum eris in paradiso; sed addidit hodie: nè dilatione gratia minueretur.

Revelatur ira Dei de caelo super omnem impietatem, & injustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in injustitia detinent. Rom. 1. 18.

In porta Judaici populi fuisse judicia, & saepe legimus, & crebro interpretati sumus: ut nec agricola ad causam veniens frequentia civitatis, & novò terretur aspectu; nec urbis habitator longè ab urbe properaret. S. Hier. in c. 5. Amos.

Audio, in Lusitania paucis ante temporibus, nobilissimum fuisse magistratum; liugantium causis dirimendis tam assiduum; ut, etiam cum mensae accumberet, hoc sibi primum ferculum juberet apponi, atramentum, & calamus; quibus, etiam inter prandendum, eorum, qui se adibant, negotia expediret. Mendoza in 1. Reg. 8. Expofit. litera.

§. X.

Judex egentes, viduas &c. adjuvet.

Apparuit ei Dominus in flamma ignis de medio rubi. Ex. 3. 2. Deus in rubo? inter spinas? In tali throno confidere voluit, Moysen eruditurus ad regimen populi, quem ipsi tradebat. q. d. sicut ego omitto platanos, abietes, stirpes nobiliores; in vepreto quiesco: ita tu magna amoris teneritudine, & sollicitudine singulari, trade te miseris, multò amantiùs, quam beatis. Jurisdictionis tuae influxus immitte in eos potius, quos paupertas in rubos fecit; quam quos potentia in cedros erexit. Scias te fore similem Deo, quando aparebis cinctus mendicis, qui spinæ sunt. Oliva l. 1. conc. 28.

Dedi tibi cor sapiens. 3. Reg. 3. 12. Sed quæ tanti basis principatus? ubi sapientiae à Deo infusæ radios disseminavit Salomon? *Tunc venerunt dua mulieres,* v. 16. Abigantur hæ mulierculæ; ex Saba speres gloriam regni. Sed ex illis plus gloriae, & famæ, nactus. *Auditis itaq, omnis Israël judicium &c.* v. 28. En, quò trophæo se Salomon privasset, si pannofas à se, garrulasque, meretrices rejecisset. Noli ergo tuis arcere foribus inopem: quem si audias, non clementior solum, sed augustior quoq; habeare necesse est. Oliva l. 1. Strom. hic.

Deus, judicium suo Regi da - judicabis pauperes populi - coram illo procedent Æthiopes. Pf. 71. 1. 4. 9. Cur id principes praestabunt? causa datur, quæ in obsequium flectentur. An propter aurum? an ob sapientiam? an armis extorquendum? *quia liberabis pauperem à potente.* v. 12. Oliva l. 1. Strom. ibidem.

Reliquistis, quæ graviora sunt, legis judicium, & misericordiam. Matth. 23. 23. Gravissima gubernatorum negotia ea sola sunt, quæ pauperum necessitatibus consulunt. Illa sunt graviora Legis negotia, quando judicia exercentur, quæ misericordiam contineant: videlicet de sublevatione pauperum,

Ggg gg 2 de

de viduarum tollenda oppressione, de fovendis pupillis. Philo de creatione principis: majora dico negotia; non, ut quidam existimant, controversias, quæ inter claros, divites, potentesque, incidunt; sed quoties privati, egeni, obscuri, premuntur à potentioribus: cum nulla præsidij spes est, nisi à Judice. Bæzat. 3. l. 14. c. 16. §. 23.

Judex quidam erat, qui Deum non timebat; & hominem non verebatur. Luc. 18. 2. Urgenti nihilominus viduæ pro justitia, ait: vindicabo illam. Verte nunc Oculos ad Isaiam. 1. 21. *quomodo facta est meretrix &c.* Ecce apud Judicem infidelem, & impium, qui nec Deum timebat; causa viduæ auditur, & dijudicatur; apud illos secus contingit. O quoties Ethnici Judices causas viduarum, & pupillorum, acrius tuiti, quam Christiani! Sylveira in Act. 25. q. 2.

Triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Joan. 5. 5. Jam dudum decanus ægrotantium! quam multi ad januas Judicum, dominorum, clamant, *hominem non habeo.* Et sanitas, id est, justitia, non pertingit ad eos, qui justitiâ digni sunt; sed ad eos, qui magis gratiâ, aut potentiâ, valent. Oliva t. 1. conc. 28.

Vide Tit. Viduæ.

§. XI.

Judex puniat reos.

Num. I.

Consecrâstis manus vestras hodie Domino &c. Ex. 32. 27. 29.

Dissipat impios rex sapiens, & incurvat super eos fornicem. Proverb. 20. 26.

Malos malè perdet. Matth. 21. 41. Justitiæ est, severè plectere iniquitatem, & innocentiam mox liberam mittere. Attollatur baculus pastoralis, & magnò impetu percutiat apros, non Pontios mures. Oliva t. 1. conc. 16.

Non es mentitus hominibus, sed Deo. Act. 5. 4.

Num. II.

Puniat reos indemnibus innocentibus.

Asinus stabat juxta illum, & leo stabat juxta cadaver. 3. Reg. 13. 24. Jacebat propheta mortuus, stabat verò asina ejus viva: non quòd esset difficilius interficere asinum, quàm hominem; sed irrationabilis leo præceptum discrevit; & asinam, quæ non peccaverat, non occidit: Prophetam autem, qui prævaricatus fuerat, occidit. S. Chrysost. s. 1. de jejuniò ad hunc locum. Inspicite fulmen: sapius vaginis parit, absumptò ense &c. Cur non ad poterunt ministri justitiæ reos plectere, illâsis innoxij? Oliva t. 1. conc. 16.

Quid tu vides Jeremia? virgam virgilantem ego video. Jerem. 1. 11. Virga Dei primùm inspicit, dein percutit: oculo eam armat, nè promiscuè noxios, & innoxios feriat. Oliva ib.

Num. III.

Non parcat majoribus præ minoribus.

Ex Veteri.

A primogenito Pharaonis. Ex. 12. 29. In cæde primogenitorum primus nominatur, qui primus erat in folio. Oliva l. 4. Strom. §. Converte gladium.

Carrum Pharaonis, & exercitum ejus, projecit in mare. Ex. 15. 4.

Saul est, qui minuta Amalecitarum demolitur. 1. Reg. 15. 8. 9. Samuel verò Sacerdotum imago, supplicium orditur à rege. v. 33. Non pincernam Judith obruncat, sed Holofernem; obsidionem solvit, quæ duceum sustulit. Babylone simulacra iniquitatis feriuntur in plantis; at Jerosolymis Goliath in fronte percutitur. Oliva l. 4. Strom.

Veniebat leo, vel ursus &c. 1. Reg. 17. 34. David nè quidem lupos adoriebatur; sed ursum, & leonem, suffocabat; ut gregis cultos haberetur. Id l. 10. Strom. §. Unus autem de circumstantibus.

Occidit pingues eorum. Pl. 77. 31. Ira Dei ascendit super eos. v. 30. super quos? num centones eventilavit, ut appareret vindex scelerum; & purpuræ, byssoque pepercit? *Occidit pingues.* En quomodo fulguris instar ira DEI grassatur. Id l. 9. Strom. §. Si malè feceris.

Pondus, & pondus - utrumq; abominabile est apud Deum. Prov. 20. 10. Va Judicibus terræ! apud quos magnatum scelera stipulæ sunt; miserorum peccata, sacrilegia, & trabes. Id. ib.

Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas. Cant. 2. 15. Utinam vel grandiores vulpes persequeretur! Tigrides, & urfos, non insequitur; & ex vulpibus parvas diligit, quas exturbet. Id l. 10. Strom. §. Unus autem &c.

Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt. Nahum 1. 5. & v. 4. *insurrepans mare, & exsiccant illud, & omnia flumina ad desertum deducens.* Nos mari parcimus, & in rivulos favimus. Id l. 4. Strom. §. Converte gladium &c.

Ex Novo.

Converte gladium tuum in locum suum. Matth. 26. 52. Cur reponendus in vaginam gladius, qui in hostes Christi exerit? quia gladius Petri est, non Christi. *Converte gladium tuum:* quia tuus est recondatur; si foret meus, beneduceretur. Et quare non Christi, sed Petri? est? quia infimos vulnerat. Dei ferrum altiora impetit capita; nec evaginatur, nisi coram Deo exactissimè impiorum causâ trutinatâ. Primò Ange-

Angelos cæcidit rebellantes, dein hominem expulit comedentem. Oliva l. 4. Strom. ib.

Erunt signa in sole, & luna, & stellis &c. Luc. 21. 25. Hinc videas, non primò stellas Judicij flagella sentire; sed novissimè. Id. ibid.

Ducebantur autem & alij duo nequam sum eo. Luc. 23. 32. Duo hi latrones erant. v. 33. Itane solum in orbe grassatur furtum? ubique pendulos è patibulo latrones video; ubique pannosos, qui, nè morerentur, pauculos argenteos furati sunt, mori cerno. Ubi adulteri, Gomorrhæi, pauperum tigrides, homicidæ, usurarij? vereor, nè multi pereant; non quòd aliena rapuerint, sed quòd raptoribus nihil dare queant. Plurimos ad furcam traxit, non scelerum copia, sed pecuniarum inopia: si plura rapuissent, non raperentur. Percunt, non quia furati sunt; sed quia nihil superstiti è furto, quò se redimant. &c. Vix primarium virum pendere vidissemus ob scelera, nisi Deus Absoloni quercum vertisset in patibulum, & comam in laqueum. 2. Reg. 18. 9. Laudanda Assyria, quæ Amanum principem ligno affixit. Deus est, qui contra solem tribuum primores iussit crucifigi. Num. 25. 4. Oliva t. 2. Strom. §. Ducebantur & alij duo.

Num. IV.

Punire, auget, non minuit, auctoritatem.

Vocavit nomen Domini, qui loquebatur, ad eam: tu Deus, qui vidisti me. Gen. 16. 13. Agar ab Angelo de fuga monita, iustaque ad Saram regredi, eique subijci; quasi pro Deo honorat Angelum, à quo & sceleris reprehensa, & servituti reddita. Id. l. 2. Strom. §. Dixit Dominus ad Abraham &c.

Scient Egyptij, quia ego sum Dominus, cum glorificatus fuero in Pharaone. Ex. 14. 18.

Ego autem constitutus sum rex ab eo. Pl. 2. 6. Ut te regem probem, quid ages? *reges eos in virga ferrea v. 9.* Non tam regum est, arces extruere, arcas explicare, consules designare; quàm fornices destruere, parare carceres, peccantes proscribere. Oliva ibidem.

Homo quidam fecit cenam magnam. Lue. 14. 16. 17. Hic non dicitur rex, cum struit convivium. Intravit autem rex, ut videret discumbentes - tunc dixit rex ministris &c. Id. ibid.

Num. V.

Puniat, non spoliat.

Invenit cadaver ejus projectum in via &c. 3. Reg. 13. 28. Leo, qui virum Dei occiderat, quòd panem comedisset, ab eo abstulit, & ab amico: non comedit leo de cadavere, non

læsit asinum. Esto leo; interfice non obedientem Numini; sed noli eò vesci; tuere sarcimas, excuba, non vora. Dei justitia cum Adamum perculit, vestivit, non spoliavit. Oliva t. 2. Strom. §. Percusserunt me.

Percusserunt me, & vulneraverunt me; tulerunt pallium meum mihi. Cant. 5. 7. Bellè fugillat excubias urbium, hoc est, Præfides, & Judices. Percusserunt errabundam, cur spoliat? heu! suspecta severitas est, quæ percuit, & denudat. Timeo, nè magis peccarit pallium, quàm sponsa; si palliò caruisset, caruisset & vulnere. Hirudo, non vindex, es; si pungis, ut fugas. Id. ib.

Ungues ejus quasi avium. Dan. 4. 30. Sunt Judices, qui unguis habent aquilinos, & leoninos: nam, quæ parva sunt, repellunt. Si quid autem pretiosum, unguis figunt, & rapiunt. Pinna Ethol. 147.

Ecce nos reliquimus omnia. Math. 19. 27. *Sedebitis judicantes v. 28.* Judices Christus facit contemptores divitiarum: hi enim digni sunt judiciariâ potestate. Id. Ethol. 117. Cur viri pauperes in Judices eliguntur? S. Thomas Aqu. 3. p. q. 89. a. 2. quia pauperes voluntarij soli Christo inhærent; ideoque nihil in eis est, quod judicium à justitia deflectat.

Pij II. Pont. gnomè erat: litigatores sunt aves, Judices rete, Advocati aucupes. Cornel. in Habac. c. 1. v. 14.

§. XII.

De Judicibus malis: & iniquis.

Cum essetis ministri regni illius, non recte judicastis. Sap. 6. 5. Ille non rectè judicat, qui arbitrium sequitur voluntatis, cessante verò, & piò, judicio rationis. Non rectè judicat, qui præstat aures mendacijs, qui leciter credit, qui auram hominum sequitur, qui opinionem tenet, qui non examinat, qui corrumpitur &c. Simon Cass. l. 14. c. 15.

Lavis manus quidem Pilatus. Math. 27. 24. Sed, facta non diluit. Judex enim nec invidiæ cedere debuit, nec timori, ut sanguinem innocentis addiceret. Monuit uxor; lucebat in nocte gratia, Divinitas eminebat; nec sic à sacrilega sententia temperavit. S. Ambrosius in Luc. 23.

Ego non quero gloriam meam; est, qui quarat, & juaies. Joan. 8. 50. Indicat, neminem debere esse Judicem in causa propria. Causa, amor proprius. Didacus Niff. f. 3. D. 4. Quadr.

Quoties ex potestate vestra insolecitis, atque delinquitis (alloquitur Judices) vestrò arundineò baculo Christi caput percuditis. S. Laurent. Just. de triumph. c. 14.

Qui vulgarem favorem captare contendunt, aut aliquòd à veritate Dei flectuntur, aut deviant à justitia; arundine caput Christi percutiunt. Simon Cass. l. 13.

✠:) ○ (: ✠

Ggg gg 3

Tit.

TITULUS XXVI. JUDICIUM EXTREMUM.

§. I.

Figuræ, Symbola, nomina.

Ex Veteri.

Requievit Deus die septimo. Gen. 2. 2. Intelligit S. Greg. Nyss. de die Judicij or. 2. in hom. procreat. Quiescent juvenum studia; nulla erit de nuptijs consultatio; nulla suscipiendorum liberorum cura; nulla parandi auri sollicitudo. Hic dies septimus illius est diei septimi signum, & nota.

Mensus est duos funiculos &c. 2. Reg. 8. 2. id est, mensus est Moabitas duobus funiculis: unus fuit mortis; ut eò quasi mensi, id est, à Davide designati, & damnati, occiderentur: Alter verò funiculus fuit vitæ; ut eò mensi, & à Davide designati, in vita servarentur. Per funiculos duos intelligit duas sortes, occidendorum, & servandorum in vita. David, id est, Christus, in die Judicij. Matth. 25. 33. faciet duas sortes; unam salvandorum, alteram damnandorum. Pf. 30. 16. *in manibus tuis sortes meæ.* Cornelius hic.

Psalmi 6. titulus: *In finem in carnibus, Psalmus David 1. pro octava.* Octavâ Domini signatur adventus; quando, finitâ Sæculi hebdomadâ, ad judicandum venerit Mundum. Unde & Psalmus hic, qui pœnitentium primus est, cum tremore maximo facit initium: *Domine, nê in ira tua arguas me.* Cassiodorus hic, Communiter dicitur, per octavam hęc locò significari diem ultimi Judicij, quæ erit octava: quia sequetur post sex dies hujus vitæ labriosos, & post septimam quietis animarum. Bellarminus hic.

Ab altitudine diei timebo. Pf. 55. 4. Sensus est: ego, tamesi tam multos habeam inimicos; tamen non ab illis timebo; sed *ab altitudine diei timebo*, id est, à divinis Judicijs, quæ procedunt ab altissimo lumine, quale est in meridie; quod lumen omnia penetrat, etiam intima cordium. Idem hic.

Tecum principium in die virtutis tue. Pf. 109. 3. Dies virtutis Filij illa est, in qua orbem terrarum judicaturus, merita singulis secundum opera sua retribuet. S. Cyrillus Alex. in Joan. l. 1. c. 1.

Verba Ecclesiastæ filij David regis Jerusalem. Ecclæ. 1. 1. B. Petrus Dam. s. 1. de Nat. B. V. tria Salomonis nomina adaptat Christo sic: filius regis, & rex, non solum Filius Dei, sed etiam Deus, Salomon, id est, pacificus est nobis in hoc exilio. Ecclesiastes, id est, Concionator erit in Judicio. Idida, id est, gloriosus erit in regno: in exilio amabilis, in Judicio terribilis, in regno admirabilis.

Si annis multis vixerit homo, - meminisse debet tenebroji temporis. Ecclæ. 11. 8. id est, diei Judicij. *Dies illa, dies ira, - dies te-*

nebrarum. Sophon. 1. 15. & dierum multorum; qui dies sunt, seu anni, æternitatis: qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita, *in die bonorum nê immemor sis malorum; & in die malorum nê immemor sis bonorum.* Ecclæ. 11. 27. S. Bonav. hic.

Mittite falces, quoniam maturavit messis. Joel. 3. 13. Messis est consummatio Sæculi: tunc enim Angeli quasi falces demerent homines; impiosque prement quasi in torculari. Corn. hic.

Ex Novo.

Facite fructum dignum penitentia: jam enim securis ad radicem arboris posita est. Matth. 3. 8. 10. Auth. Imp. hom. 3. hic: Securis est antiquissima ira consummationis; quæ rotum præcisura est Mundum. Esti posita? quare non præcidit? aut si interim præcisura non erat, quare posita? quia rationabiles sunt arbores, & in potestate habent, facere bonum, & non facere: ut videntes, ad radicem suam positam esse securim, timeant præcisionem suam, & faciant bonum.

Circumdabunt te &c. Luc. 19. 43. Potest intelligi de peccatore ad Judicium accedente; qui circumdatur à multitudine accusantium iniquitatem. Pf. 39. 13. *circumdederunt me mala, quorum non est numerus.* Coagullatur in distinctione divinarum Judiciorum. Ad terram prosterntur in latione sententiæ. Et tandem omnino evertitur in acerbitate pœnarum. S. Bonav. hic.

Voce magnâ clamavit: Lazare veni foras. Joan. 11. 43. Magna vox Salvatoris, quæ Lazarum resuscitat, Symbolum est magnæ tubæ, quæ sonatura est in communi resurrectione. Theophylactus in Joan. hic.

Exortus est Sol cum ardore. Jacobi 1. 11. Ardorem solis sententiam dicit districti Judicij, quæ reproborum decor temporalis in fine consumitur. V. Beda hic.

Habentem in manu sua falsem acutam. Apoc. 14. 14. Falx, quam manu tenebat, consummationis est symbolum: nam ipse quoque Dominus Sæculi consummationem per messem designat. S. Andreas Cæsar. s. 15. hic.

Dies illa Judicij, dies Domini vocatur: quia illâ die unicuique pro opere suo justa merces à Domino recompensatur. S. Honorius serm. de Adv. D.

Sol in Leone. Lem: *Geminat incendia.* Christus Judex. Picinelli.

Vide Tit. Crucifixus.

§. 2. Ju.

§. II.

Judicium quàm horrendum.

Timetur iratus homo, & Angelus.

Moyſes iratus, arripiens vitulum, quem fecerant, combuſſit &c. Ex. 32. 20. Miror populum illum terrore percuſum, & attonitum, Moyſis voce, quaſi icſtu quòdam terrifici fulminis exanimatum. Unde hic pavor? Abulenſ. q. 30. Licet Deum illum diligenter, quem colebant; pro quo fabricando ſpoliaverant ſe aurò: tamen ad præſentiam Moyſis vitulum illum concuſcantis, & in eorum confuſionem maximam deſtruentis, nullus aliquid faciebat: quia inſaſerat illos timor, & tremor. Et ſubjungit: Moyſes in reditu ſuo fuit in vultu terribilis, emittens aliquos radios de vultu ſuo, ad terrorem malorum, ut non audent ei repugnare. Arcones in lſ. 3. v. 13. Diſc. 1.

Cunq̄ operiretur veſtibus, non caleſcebat. 3. Reg. 1. 1. Quarit Abulenſis, unde tantus rigor Davidem inſaſerat, ut is nullis dein ſtragulis à frigidis membris pelli poruerit? Reſpondet ex ſententia utriuſque Gloſſæ: ortum id frigus ex timore, quò vidit Angelum percucientem numeratò populò. 2. Reg. 24. 17. Timuit enim valde, & ceci dit in terram; & in tantum inde conturbatus eſt, quòd uſque ad mortem manſit in eo timor iſte, & inſrigidatio. Quòd confirmatur 1. Paral. 21. 30. non prevaluit ire ad altare. Si Davidem ita percudit Angelus iratus, gladiumque manu vibrans, licet ab illa juſtitia provocare ad tribunal miſericordiæ poſſet; quantum horroſis adferet Chriſtiano horriſica illa dies, quâ juſtus Judex nudabit gladium ſeveræ juſtitia ſua: quam nulla mitigare preces, nulla patrocinia inſeclere, poterunt. Didacus Niſſ. f. 2. D. 1. Quadr.

Si hunc dimittis, non es amicus Ceſaris. Joan. 19. 12. 13. Ubi hoc Pilatus audivit, mox adduxit foras Jeſum, & ſedis pro tribunali. S. Aug. dicit: tunc illi animo obſervari coepiſſe vultum Ceſaris truceſ, iratum, terribilem; eoque permotum, ut in Judæorum poſſulata concederet. Si repræſentatio hominis irati tantum valuit contra rationem, & juſtitiam; quid non operetur in Chriſtiano conſideratio terribiſſimi vultus, quem Chriſtus Judex præferet, nè in flagitia præcipitis eamus. Sanct. Ambroſius lib. ad Virg. lapſ. ſi mente cernerent homines peccatores, quale Judicium imminet Mundo, ſenſus humanus non diſpergeretur vanitate ſæculari. Didacus Niſſ. ibidem.

Vide Eſth. 15. 10. Daniel. 9.

Narrarunt viri graves, qui aliàs neminem metuebant, ſolebantque cum principibus liberè, familiariterque agere; cùm ad Philippum II. Hiſpaniarum regem, aliquid petitori, accederent, ac rex in eos oculos ſuos cum regia gravitate deſigeret; conſternatos ocmuſiſſe: ac licet rex comiter eos invitaret, ut ſua proponerent; tamen nè verbum quidem eſſari potuiſſe. Corn. in c. 15. Eſth.

Cæſar Auguſtus oculis, ceu fulgure, terrebat intuentes. Unde quidam cum alloquens, ac totò corpore tremens, oculos in terram demilit. Imperatori miranti, & cauſam quaerenti, reſpondit: quia fulmen oculorum tuorum ferre non poſſum. Aurelius Viſtor lib. de vita, & morte Imperatorum.

Quantò magis Chriſtus iratus.

Ex Veteri.

A facie tua abſcondar. Gen. 4. 14. ait Cain. Abſcondi vult à facie Dei nè eam videat iratam. à facie tua abſcondar, quaeram omnes latebras, petam profunda terrarum, ſpeluncas &c. Si hoc tam acerbum eſt in Caini judicio, quantum erit in Judicio extremo? Arcones in lſ. 3. 13. Diſc. 1.

Totà die verrecundia mea contra me eſt; & confuſio faciei meæ cooperuit me, à voce exprobrantis, & obloquens, à facie inimici, & perſequentis. Pl. 43. 16. 17. Si urſos David, & leones, ſtrangulavit; cur confuſio animum turbat à facie inimici, & perſequentis? plus ſibi timet ab irato vultu, quàm ab irato leone. Alvarez Illuſtr. 40.

Erubeſcet Luna, & confundetur ſol, cùm regnaverit Dominus &c. lſ. 24. 23. Tunc, inquit S. Hieron. erubeſcet Luna & confundetur, ſol; cernens homines, qui ſuò fruebantur lumine, nihil dignum ſua bonitate feciſſe; qui ſolem ſuum oriri facit &c. Confuſio, & verrecundia, quaſi operiet faciem eorum; quòd talibus hominibus ſua luce, & influentijs, ſervierint. Sed id horribilius, quòd Chriſtus ſol, propter Divinitatem; Luna propter Humanitatem; qui hilarem vultum oſtendet juſtis, & poenitentibus, rebellibus oſtendet lugubrem, terribilem, furore plenum: exprobrans eis, quòd ſanguinem pro eis in Paſſione fuderit: qui antea clamabat miſericordiam, nunc juſtitiam, & vindictam. de Poate in Cant. 2. Exh. 9. §. 3.

Aſpiciebam in viſione noctis. Et ecce cum nubibus cæli quaſi filius hominis veniebas. Dan. 7. 13. horruit ſpiritus meus. v. 15. Non verè, ſed imaginariè tantum, hoc videbat. Petrus Dam. l. 4. ep. c. 5. omnia hæc extremi Judicij indicabant imaginem. de Caſtillo llat, 111.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Transfiguratus eſt ante eos. Matth. 17. 2. Qualis futurus eſt tempore judicandi, talis apparuit Apoſtoliſ. S. Hier. in Matth. hic. Dic mihi nunc o peccator: ſi Diſcipuli Chriſti tam juſti tantoperè timuerunt, videntes Chriſtum in nube cum majeſtate; & audientes vocem Patris tam glorioſam, tamque dulciter resonantem, nec de poenis comminantem: quantum timebunt, & terrore concutientur, improbi in die Judicij, quando audient; ire maledicti. Diez Transfiguratio.

Ibunt

Ibunt hi in supplicium aeternum. Matth. 25. 46. *Ibunt* ? sponte igitur ibunt. Credideram à Deo cogendos, à dæmonibus rapiendos. Quis ad mortem damnatus ultrò, & lubens, eat ad supplicium? *Ibunt*: quia tantus erit terror à facie divini Judicis; ut eligant potius sponte ire in Infernum, quàm irati Judicis videre vultum. Paoletti D. 1. Adv.

Cum fecisset quasi flagellum. Joan. 2. 15. Ostendit in vultu suo Christus aliquid terribile, scilicet fulgoris radios procedentes; quibus hostes exterriti resistere saltem in verbo non audent. Abulens. in Matth. 21. 9. 79.

Videbunt in quem transfixerunt. Joan. 19. 37.

Cum vidissem eum, cecidi ad pedes ejus. Apoc. 1. 17. Quare cecidit *tanquam mortuus*? quia, qui priusquam ista conspiceret, stare se in justitiæ culmine, quasi Christi discipulus, & dilectus præ cæteris præsumebat. Ubi divinæ claritatis luce, & justitiæ splendore, perfusus est; quidquid sibi de ipso complacuit, desepit. Unde & quasi mortuus ad Domini pedes cecidisse dicitur: quia nunquam tenebras suas mens humana dijudicat; quàm cum divinæ sapientiæ lucem, & justitiæ, quæ de cælo est, veritatem agnoscit. Joachimus Abb.

Et de ore ejus procedit gladius ex utraque parte acutus. Apoc. 19. 15. O spectaculum horribile! lingua illa tam amabilis, & suavis, quæ nunc nos invitat ad veniam; tunc erit acutus gladius ad vindictam. Diez conc. 1. de Adv. D.

Prorsus horreo incidere in manus Dei viventis! volo vultui iræ judicatus præsentari, non judicandus. S. Bernardus in Cant. l. 55.

Veniet Dominus cum tanta majestate, & potestate; quòd totus Mundus timebit, & tremet. Veniet, enim instar potentissimi Regis, qui venit ad civitatem sibi rebellem cum gentibus armorum &c. S. Vincentius Ferr. l. 1. D. 1. Adv.

Gregorius Turon. l. 1. de gloria MM. refert Crucem pretiosam mirabili margaritâ insertâ. Illam qui aspicit, si absque ullo peccato mortali sit splendidò, & fulgidò quòdam fulgore coruscet: si sceleri vel uni sit obnoxius, nubila, obscura, nigra, apparet. Talis apparebit in die Judicij.

Frater quidam inter Completorij preces, re quâpiam ad risum eos provocante, disolutè ridebant. Unde repentinò, & magnò, fragore Christi Crucifixi effigies, quæ super ostium Chori pendebat, versò ad Fratres vultu, indignationem erga ridentes indicavit; quam & illi senserunt. Nam ex tremendo fragore, & commutato Christi vultu, statim tabescentes, qui præcipui fuerunt in culpa, paucis post diebus mortui. Lucas Vadingus t. 1. Annal. ad ann. 1253.

Urbs est Indiæ Orientalis Thama, emporium celebre; omni vitiorum genere, luxuriæ imprimis, ac vindictis infamis. Quibus cum finem nullum, summo cum Christiani nominis

dedecore, poneret: ecce tibi plenò die, inspicente populò, in medio aere Crucifixi species apparet, trucibus oculis, ac formâ corporis, acerbissimas civibus minas intentans. Interea sensim evanescit trepidantibus omnibus: cum subito in ejus locum succedit avis quædam mirabilis; è cujus rostro hæc distinctè audita: *Statim videbitis Dei vindictis iram in vos descendere.* Nec mora longa: cælum caligine inhorrescere, micare fulmina, mugire tonitrua; venti exurgere horridi; quibus homines sublimè abrepti, ac mox in valles, & præcipitia, directè expirare; terræ motus succedere insoliti, quibus plurimi absorpti. Mare, quod urbem alluebat, intumescere, latè omnia ad quatuor milliaria inundare. Stabant in porta septuaginta naves orientalibus mercibus onustæ; & hæc inter se collisæ, absorptæ omnes. Neque hic finis: mox lapidosâ grandine maxima pars hominum, & jumentorum, sub dio propter terræmotum excubantium, interempta. Visebantur varijs in locis erectæ Crucifixi, ac Crucis, imagines, veteris olim pietatis monumenta; sed neglecta pridem, ac fuligine obsita, subito evanuerunt omnes, totidem patibulis eorum in locum succedentibus; quibus superstitices gravissimè exterriti in cavernas se abdiderunt, ab irato Deo ad misericordem corde contritò profugientes. Lyræus de imit. Chr. pat. c. 5. c. 8. ex historia Indica ad annum 1618.

§. III.

Judicium tremendum à voce Judicis.

Timetur vox vati hominis, & Angeli.

Audians autem Ananias verba hæc, cecidit, & expiravit. Act. 5. 5. Non Petrus hic existimare debemus interfecisse Ananiam; sed illum non sustinuisse acritudinem verborum Petri. Paoletti, D. Sexag.

Tremefactus Felix. Act. 24. 25. Vox Pauli eum, utpote adulterum, tyrannum, percellerat instar tonitruum. Si impium Præsidentem perculit Paulus, dum coram eo staret subditus, & victus; quomodo percelleret eum, quando cum Christo, & Apostolis, sedebat super thronum, eum judicans? Corn, hic.

Philippus II. Hisp. Rex mendacij convictum nescio quem è domestis, ad eò tribus hiice verbis perculit: sic me decipis? ut is domum reversus paulò post ex mœrore, & pudore, obiit. Doultreman l. 2. 5. Sect. 1.

Juvenis leno, lusor, blasphemus, somniavit in somno nocturno, se tractum ad Judicium Dei; ubi videbat Christum, B. V. & Sanctos; & coram Christo adducebantur animæ, quas singulas interrogabat: quid fecisti pro me? Et cum hos vocaret ad gloriam, illos damnaret ad poenam; juvenis plenus timore dicebat: o me miserum! quid dicam, quando interrogabit me? quia nihil boni feci. Et post pauca fuit vocatus à Judice, cui dixit: quis es tu? redde rationem vitæ tuæ. Tunc juvenis excitatus totus

torus incanuit, & penituit, saepe confessus, & sanctus effectus. S. Vincentius Ferr. l. de corona Domini.

In vitis Patrum Monachus quidam, qui negligenter vixerat, aegrotans raptus fuit ad Judicium; & invenit matrem suam jam mortuam cum his, qui judicabantur. Illa, ut eum vidit, obstupuit, & dixit illi: quid est hoc fili? & tu in hunc locum condemnatus justus es venire? ubi sunt sermones tui, quos loquebaris dicens: volo salvare animam meam? Confusus, & rediens ad se, inclusit se poenitens, & plorans negligentiam suam: cumque multi eum rogarent, ne nimio fletu se læderet; noluit consolari, dicens: si improprium matris meae sustinere non potui, quomodo CHRISTI, & Sanctorum, in judicio potero sustinere? Cornelius in Deut. c. 32. 13.

B. Veronica de Binasco, quod est Longobardiae oppidum, anno 1445. nata, permessa colli à Leone X., narravit aliquando fororibus: Missæ sacra agente Sacerdote quodpiam die, juxta altare genuflexam fororem curiosius aspexit. Verum Angelus tantâ levertate me increpuit, ut diem extremum clausura fuerim, si corpori meo mens mea juncta foret talia sustinens. Heu! quam ingens horror fuit ille Angeli argumentis; quam dura verba; quam terribilis vulsus! Ex vita B. Angelæ de Fulginio.

Quantò magis irati Dei Judicis.

Ex Veteri.

Vocem tuam audivi, & timui. Gen. 3. 8. 10. Cum audissent vocem Domini Dei, Hebr.: Judicis, deambulantis in paradiso, abscondit se Adam. Ad Dei vocem loquentis extimuit Adam; quid si iratum vultum videret? Certè primum, & maximum reprobodum supplicium extremo in judicio illud erit, quòd iratam Dei faciem ferre non poterunt. Alvarez. Illustr. 40.

Loquere tu nobis, & audiemus. Ex. 20. 19. Datâ Lege perterriti, ac pavore concussi, steterunt procul dicentes Moysi: loquere &c. Hinc deducit Philo l. de somnijs: si Deus amicè loquendo, & salubria dando præcepta, tam sublime intonat, ut ejus voces sustinere non possimus; quid erit, si minas intentet, aut poenâ afficiat.

Tonabit Deus in voce sua mirabiliter. Job. 37. 5.

Sicut rugitus leonis, ita terror regis. Prov. 20. 2.

Percutiet terram virgâ oris sui. Il. 11. 4. Virga oris, est acris objurgatio, & increpatio, q. d. Christus peccatoribus non adalubitur; sed spiritu fortitudinis armatus liberrimè gravissimis verbis objurgabit homines terrenis desiderijs deditos. Corn. hic.

Tacui, semper, silui, patiens fui: sicut parturiens loquar. Il. 42. 14. Parturiens cum dolore ejicit hoc, quod in intimis tempore longò gestavit. Qui ergo semper siluit, sicut parturiens loquitur:

Polyant. h. Sac. Tom. I.

quia venturus Judex, qui sine ultione diu facta hominum pertulit, quandoque cum fervore examinis, quasi cum dolore mentis, quantæ animæ adversionis sententiam intus servaverit, ostendit. S. Greg. mor. l. 10. c. 17. Quid hoc supreme Judex? semper tacuisti? cujus frequentes minæ per prophetas. Semper patiens? unde diluvium? ignes Sodomæ? Egypti plagæ? &c. Quia omnes hæc minæ, & poenæ, si cum æterna damnatorum poena conferantur, non verba, sed silentia; non tormenta, sed blandimenta, reputanda. Ideo ait, *silui, tacui, patiens fui*; quamdiu in eos non fulminavit damnationis sententiam. Sylveira in Apoc. 4. 3.

Vidit Balthasar manum in pariete scribentem judicium ejus, & genua ejus ad se invicem collidebantur. Dan. 5. 6. Quid erit audire tonitruum illud: *discedite à me maledicti*. Præ timore arescent homines. Luc. 21. 26. ad Signa præambula Judicij: hac ariditate disponentur ligna ad continuò ignem superventurum. Oforius D. 1. Adv.

Leo rugiet, quis non timebit? Amos 3. 8. Quis non timeat Judicem potentissimum, sapientissimum, justissimum? Potentissimum, quem nemo potest effugere; sapientissimum, quem nemo potest latere; justissimum, quem nemo potest corrumpere? Innocentius III. P. l. 3. de cont. Mundi. c. 14.

Ex Novo.

Et audientes Discipuli ceciderunt in faciem suam. Matth. 17. 6. & timuerunt valde. Cur pavent Discipuli? Si vox Patris solum enuntiaret illa verba: *hic est Filius meus dilectus &c.* & non adjiceret sequentia, *ipsum audite*, forsitan non inhorrescerent: cum verò adjungitur, *ipsum audite*, expavescunt, & tremunt. Cur? quia Christo, tanquam Legislatore, & Judici, obsequium ab Apostolis præstandum injungitur. Albertus M. *ipsum audite* quasi Legislatorem. Hinc Matth. 3. 17. in baptismo Christi ad illam vocem, patente cœlo licet, nullus terror, nec metus injicitur audientibus; quia non adjicitur, *ipsum audite*. Observat id Card. Cajetanus, in baptismo Paterna vox non dixit, *ipsum audite*; sed modò hoc addidit, propter mysterium. Tunc enim regeneratio, modò doctrina significatur. Et propterea tunc satis fuit testificari, quòd est Filius; modò oportuit testificari, quòd est Doctor audiendus à Mundo; præsertim de futuris in alia vita, quæ Jesus prædicabat: propter quæ transfiguratio ista patrata. Arcones in Il. 3. Disc. 1.

Jesus clamans voce magnâ emisit spiritum. Matth. 27. 50. Unde tot effectus prodigiosi in Dominica Passione? veli scissio, terræ motus, petrarum contritio, monumentorum apertio, mortuorum resuscitatio? Quanam est causa? vox Dei; cum Crucifixus clamavit voce magnâ. Paoletti D. Sexag.

Hhh hh Sculte!

Stulte ! hac nocte &c. Luc. 12. 20. Superat aeternam poenam irrisio ista stulticia. S. Basilius hom. in divites. Inolerabilis dolor est, igne perenni comburi, conscientiae verme rodi, horrido, & angusto carcere contineri; intolerabilior est impio illa stulticia, quam ab omnibus hominibus, demonum turbis, Angelorum choris; supremi Judicis ore damnatus capiet. Bieza 1 s. c. 8. conc. 6.

Dixit eis : ego sum ; abierunt retrorsum &c. Joan. 18. 6. Locutus est, & ceciderunt retrorsum. Quod mihi legiones Angelorum? quod caelestem exercitum? vox Domini sola plus terret. S. Ambr. l. 10. in Luc. Qui ceciderunt ad unam vocem Christi morituri, quid facient sub voce judicaturi? S. Aug. tr. 47. in Joan. Quid non poterit Majestas ejus judicatura, cujus hoc potuit humilitas judicanda? S. Leo l. 1. de Pass. *Ego sum*, inquit. Quod verbum illam manum ex ferocissimis congregatam, quasi quodam fulminis ictu stravit, atque percudit; ut omnes illi atroces, minaces, atque terribiles retroacti corruerent. Ubi saevitia conspiratio? Ubi ardor irarum? Dominus dicit: *ego sum*; & ad vocem ejus turba prosternitur impiorum. Quid non poterit. &c. Id. ibid. Quid judicaturus faciet, qui judicandus hoc fecit? Sanct. August. t. 111. Si illa vox mitissima, *ego sum*, non minus, quam tonitru terrefecit; quid illa vox terribilis *discedite &c.* Sylveira hic.

Et de ore ejus gladius - acutus. Apoc. 1. 16. Per hunc CHRISTI gladium accipe sententiam condemnationis, ipsamque condemnationem, & punitionem aeternam; qua Christus impios in die Judicij efficacissime, & dirissime, feriet; adigetque in gehennam, seu mortem secundam. Ita Rupertus, Beda, Andreas Jerosol. apud Cornel. hic. Gladius ab ore procedit, quia sententia finalis ab ore, ite maledicti. Nota cum Viega: Christum triplici modo gestare gladium. 1. accinctum Pf. 44. 4. *accingere gladio tuo.* 2. in ore, ut hic. 3. in manu Pf. 7. 13. *nisi conversi fueritis.* Hic est in puniendo Dei progressus; accinctus ostendit potentiam, ut tereat; in ore, ut deterreat; in manu, ut percuciat. Ex. 15. 9. *evaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.* Sylveira hic. q. 68.

§. IV.

Judicium horribile ob alias causas.

Ex Veteri.

At illa venit ad eum ad vesperam. Gen. 8. 11. In illo extremo diluvio non erit arca, ad quam confugiant peccatores; nec columba, qua pacem ferat; nec olea, qua misericordiam efflorescat. Fernandus hic.

Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit? Psal. 129. 3. Si nobiscum severus Judex agere volueris, non misericors Pater; quis stabit ante oculos tuos? S. August. hic.

Visio dura nuntiata est mihi. II. 21. 2. 3. *propere repleti sunt lumbi mei dolore, corru cum audirem.* Quae visio tam mirabilis effectus in eo operata est? vidit Jerusalem extendam &c. Hodiernum Evangelium nuntiat nobis eversionem non unius civitatis, aut regni, sed totius universi. Diez conc. 1. de Adv.

Terrendis arcum suum. Thren. 3. 12. In arcu quanto longius trahitur chorda, tanto de eo districtior exibat sagitta: sic extremi Judicij dies, quanto longius differtur, tanto cum venerit, de illo districtior sententia procedit. Sanct. Ambrosius l. 2. de Cain c. 9. longavitas Caino indulta vindicta est. Cornelius in 1. Reg. 15. 2.

Dies ira, dies illa. Soph. 1. 15. Dies hujus vitae est dies gratiae; illa erit Judicij, & ire: quia in illa die Deus omnem suam iram per lex millia annorum collectam, totam simul, uno impetu, quasi torrens, effundet in impios. Erit *dies angustia*: quia, si improbi aspiciant fursum, videbunt Judicem iratum; si deorsum, flammam; si retro, sordentes voluptates; si ante, aeternitatem; si ad latera, angelos se relinquentes, diabolos invadentes; intus conscientiam accusantem, & flagellantem. Erit *dies calamitatis*. Sept. *necessitatis*, obinevitabilem sententiam, a qua nemo poterit liberare. Erit *dies perditionis*: quia & famam, & vitam, & laetitiam, & animam, & omne bonum, perdent in aeternum. Erit *dies tumulus*: quia in tanto, & pene infinito, damnatorum numero, horridus erit strepitus, clamor, & ejulatus, maledictiones, & blasphemiae. Erit *dies tenebrarum*: quia ibunt in tenebras exteriores. Erit *dies desolationis*: quia privabuntur omni solatio; ac replebuntur omni moerore, & tristitia. Corn. hic.

Scindetur mons olivarum ex medioparte sui ad Orientem, & occidentem. Zach. 14. 4. Sanct. Hieronymus, Cyrillus, Theodor. censent, hanc scissionem fore quadrifidam in modum Crucis ad quatuor Mundi plagas; ita ut mons oliveti scindatur primo ab Oriente in Occidentem; deinde duae illae partes discissae rursus scindantur in Aquilonem, & Meridiem. In die ergo Judicij Christus descendens in montem Oliveti cum sua Majestate, per ingentem terrae motum concutiet illum quod motu se findet, & ampliabit, ad captiendos omnes homines judicandos: fietque fissura, & vorago ingens usque ad gehennam; ut in ipsum propiciant non tantum reprobi, sed etiam Electi; gaudeantque mirifice, quod horridum illud ignis barathrum, in quod videbunt tot impios demergi, per gratiam Christi evaserint. Cornelius hic.

Ex Novo.

Hac omnia tibi dabo, si cadens adoreris me. Math. 4. 9. Marci 5. 6. *vident Jesum a longe cucurrit, & adoravit eum.* S. Chrysol. l. 17. quid est, diabole? quem tentatione provocabas ad lapsum; quem promissione regni, ut te adqret, subdolis ambibus;

bas; nunc tremens, & miserandus, prolaberis, & adoras. Agnoscent, agnoscent Deum, Judicem confitentur; clamant, se judicium debere. Ad potentis timent conspectum, adorant modò Judicem, quem paulò antè despexerunt jejunum. Naxera in Jol, 9. §. 7.

Veniens in nubibus caeli. Matth. 24. 30. Cur venturus sedens super nubem? quia nubes generantur ex vaporibus terræ: quia rigor illius Judicij ex terra, ex nostrorum peccatorum exhalationibus, provenit. Sylveira hic. q. 15.

Clamor factus est. Matth. 25. 6. Quis est iste clamor? nisi quæ Apostolus 1. Cor. 15. 52. in actu oculi, in novissima tuba. S. Aug. l. 23. de decem Virgin.

Pater! peccavi in caelum, & coram te. Luc. 15. 18. Cur meminit se peccasse in caelum? cur non contentus dicere, *peccavi coram te*: ut dicebat alius peccator Psal. 50. 6. *vili soli peccavi.* Quia, dum se sinit tribunali divino, non solum Deum iratum meminit, sed etiam caeli in se armatos exercitus metuit. Titus Boltr. haud fecus firmamenti faciem metuit, atque accusatoris ejusjupiam voces. Illa ipsa lumina, quæ modò vitam tibi halant, tunc solum responsum mortis dabunt. Nec est creatura tam hominis amica, quæ, instante Dei sententiâ, accusatoris, inò carnificis, personam non tibeat. Baeza t. 3. l. 13. c. 1. §. 1.

Erunt signa in Sole, & Luna. Luc. 21. 25. Cùm in domo aliqua dominus mortuus est, videtur plura mororis signa: famuli lugubribus vestibus induti plorant; omnia querelis; & lamentis, personant. Mundi hujus dominus homo est; & tunc omnes homines morituri sunt: ideo omnes creaturæ doloris signa dabunt; sol, tanquam lugubri veste indutus, obscurabitur. O infelix peccator! cur tu propria mala non desles, cùm causâ tuâ omnes creaturæ tritentur. Diez conc. 1. in Adv. Dum supremi Judicis sententia instat, nil nisi crudele, etiam in amicioribus, expecta. Quis homini amior, quàm sol, luna, & stellæ? De influxu astrorum vivit homo; caelo acceptum refert, quidquid jucundum, & necessarium, habet. Sed ecce omnes hos favores mutatos in sole, lunâ, & stellis; in quibus jam nò licet videre alia quàm signa horribilia, signa mortis, & calamitatis extremae. Unde hæc mutatio? nisi ex instante jam supremi Judicij sententia. Baeza antè cit.

Virtutes calorum, movebuntur. ib. id est, sanctissimi viri timebunt. Matth. 25. 9. *ne forte sufficiat nobis, & vobis &c.* Bonæ Virgines! cur tam duræ estis in lorores? tantillum olei procurastis, ut nec modicum alijs valeatis porrigere? sed in districti Judicij adventu quævis abundantia disparet. B. Cæsarius Arelat. hic: tantus horror, & tanta exinanitio erit in die Judicij; ut etiam illi, qui misericordiae oleum se intelligunt abundantius procurasse, metuant, ne eis possit ad omnia peccata redimenda sufficere. Nemo tot meritorum cumulos repositos habebit, qui, dum ad tribunal Christi accedit, non dubitet, an satis sibi providerit. Quis

plura congestit opera misericordiae, quàm Job? *oculus sui caecus &c.* c. 29. 15. omnium rerum sustinuit jacturam: & tamen ait c. 7. 21. *Si manè me quæstioris, non subsistam.* S. Hieron. ait, solem obscurandum ad Christi comparationem, quò tempore è caelo descenderit. Similiter S. Chrylost. sol obscurabitur, non quia destruetur; sed quia luce adventus Christi superabitur. Idem putant, Euthym. Theophylactus. V. Beda in Luc. 21. apparente verè lucis gloriâ, omnia Mundi lumina tenebris, umbrisque, comparantur. Sic S. Aug. f. 130. de temp. tanta erit eminentia splendoris in Christo, ut etiam clarissima caeli luminaria, præ fulgore luminis divini, abscondantur. Secunda interpretatio: non esse re ipsa obscurandum Solem; sed hoc loquendi modò mœsticiam indicari temporis illius, & calamitates. Solet enim mœsticia, angor, & calamitas, nomine caliginis, & tenebrarum significari, ut S. Gregorius docet in Job. c. 18. 16. Sic loquitur Isaias 13. 10. de Babylonis everfione. Sic Amos 8. 9. de captivitate Israëlitarum. Ezech. 32. 7. Sed non probantur hi duo sensus: primus; quia sol, & luna, lumine carebunt, antequam Christus è caelo descendat, ut signum Judicij præbeant. Secundus, ex verbis Christi patet, in se obscurandum, & mutationem fore, sicut in Passione Christi: vel quia divinâ virtute suo lumine privabuntur, vel quia aliqua corpora opaca interponentur inter ea, & terram. Probabile est, per plures dies has tenebras duraturas; & credibiliter pluribus, quàm Ægyptiæ tribus diebus. Ex. 10. 22. Stellæ de caelo cadent; id est, lux earum cessabit, perinde acsi cecidissent. Et virtutes caelorum commovebuntur. S. Hier. per virtutes caelorum Angelos intelligit. Ità etiam Chrylost. Euthym., Theophylactus, Augustinus. Commovebuntur scilicet ad faciendâ insolita opera. Secundò virtutes, id est, vires caelorum, movebuntur; ità ut, amissâ pristinâ virtute, ipsi caeli deficere videantur. Baeza D. 1. Adv.

Virtutes calorum movebuntur. Luc. 21. 26. Ipsi Angeli, & primæ virtutes, turbabuntur, terrebunturque in terribilibus immutationibus universi. Theophylactus hic.

Veniens in nube. Luc. 21. 27. Non erunt hæc nubes pluvijs rorantes, tertanque refrigerantes; sed nubes tempestuosæ, ignem spirantes, flumina jacentes. Rupertus.

Et factus est sudor ejus &c. Luc. 22. 44. Quid pro se ille, cùm in agonia esset, peteret; qui in terra positus caelestia cum potestate tribuebat. Sed appropinquante morte nostræ mentis in se certamen expressit; qui vim quandam terroris, ac formidinis patitur, cùm per solutionem carnis æterno propinquamus Judicio. S. Greg. l. 25. in Job c. 17. Unde tanta anxietas dolorum plena? Representabatur innocentissimo agno; quòd ad tot Judices, & tribunalia; trahendus esset; inde tantò pavore, angore, & dolore, affligitur: designans, quis futurus sit timor, & anxietas hominum in morte, cùm ante tribunal severissimi Judicis sunt sistendi. Sylveira hic.

Sic veniet, quemadmodum &c. Act. 1. 11. Sic veniet ipse in corpore, in ipsa veritate; nobis in amore, impijs in tremore. S. Aug. 1. 7. in Alcenf.

Voluntariè peccantibus vobis, post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hostia; terribilis autem quadam expectatio Judicij. Hebr. 10. 26. 27. Etiam timor Judicij malis resurgentibus est poena inenarrabilis, & gravior, quàm gehenna. S. Anselmus hic.

Expectabunt omnes pavidi sententiam Judicis, qui nescient, sintne audituri, *venite &c.* an *discedite &c.* Sanct. Basilus Seleuc. ferm. in transfig.

Quid ibi virgula deserti patietur, quando cederet, quæ in Libano est, concutietur? quid miser homines mortales facturi sunt, quando Angeli timebunt? Haymo Ep. D. 2. Adv.

§. V.

Judicium horribile ob mysterium incarnationis, & priorem misericordiam.

Figuræ, & Symbola.

Per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis. Ex. 13. 21. Ut significetur, Christum in die, id est, in vita justis esse nubem, id est, blandum: sed in nocte, id est, vita peccatoris, quasi ignem, & terribilem, apparere. Rursum Christus in die, id est, in hac vita, ostendit se lenem, ut nubes; sed in nocte, id est, morte, judicio, & gehennâ se quasi ignem formidabilem ostendet. Cornelius ex S. Gregor. hom. 21. in Evang. hic.

Fac tibi duas tubas. Num. 10. 2. Per has Rupertus accipit duos Christi adventus: primum in carnem; secundum ad Judicium: primò CHRISTUS insonuit, poenitentiam agite; secundò insonabit, ite maledicti &c. Corn. hic.

Lapis factus est mons magnus. Dan. 2. 37. *In petra exaltavit me.* Ps. 26. 6. Nota differentiam inter lapidem, & petram: nam lapis est politus; petra magnus, & rudis. Christus potest dici petra: quia conteret in Judicio inimicos suos. Lapis autem, quia parvus natus, & humilis. S. Bonavent. in Psalm. 26.

Factò vespere dicitis &c. Matth. 16. 2. Abulens. q. 9. ait: in hac serenitate, & tempestate temporum, designari duos Christi adventus: primus in carne; & tunc est tempus serenum; rubicundum cœlum sanguine Passionis suæ, cum omni misericordia, quâ nos redemit. In secundo autem adventu tempestas erit, quando ad judicandum venerit: tunc erit mœror, & calamitas, & rutilabit triste cœlum; apparebunt horribilia signa in sole, & luna; & erit magna tempestas in reprobos æternæ condemnationis. In primo adventu Christi fuit serenitas gratiæ; in secundo ad Judicium erit tempestas vindictæ, & gehenna. Ità ille.

A cujus conspectu fugis terra. &c. Apoc. 20. 11. Gravissima hominis mansueti iracundia; gravissimæ tempestates post diu serenum cœlum; & judicium post tantam misericordiam gravissimum. Magis perterret repentina ira post longam clementiam: horrida vox, *discedite à me*, post tam benignas appellationes, *venite ad me.* Olorius D. 1. Adv.

Gladius oleo tinctus. Lem: *Lenissime acutior.* Quis oleo leni obtusum ferrum exacui posse cogitasset? Id verò in illo die insigniter fiet: Oleum enim misericordiarum, & gratiarum; quibus hic à Deo perfusi fuere ingrati peccatores; acuet tunc ejusdem indignationem, & iram inflammabit. Didacus Niff. D. 1. Adv.

Mollis quidem est, & blanda aëris, & nubium, natura; horrenda tamen ex ipsa fulgura prodeunt. Sic blandissima est misericordia DEI; at ex illa supplicia metuenda, & stupenda, prodeunt. Barradius D. 9. Pent. 1. 3. l. 7. c. 9.

*Testimonia**Ex Veteri.*

Sennacherib ingenti cinclus exercitu apud Jerosolyman iram Dei incurrit. *à filijs percussus.* 4. Reg. 19. 37. Cur non cum reliquis occubuit, quos Angelus cœcidit? Tostat. q. 30. hic: fuit ad inferendam ei poenam majorem: erat enim pejor omnibus viris suis; & volebat eum Deus punire accerrimè, occisus est à filijs suis, à quibus maximè diligi debebat. S. Ephrem, de vita Religiosa: illic misericordissimus ille Abraham immitis, & immisericos, reperitur. Et qui pro Sodomis, ut salvarentur, fuerat deprecatus, illic vel pro uno peccatore non supplicabit.

Universe via Domini, misericordia, & veritas. Psalm. 24. 10. Duo adventus Filij Dei; unus miserantis, alter judicantis. S. Aug. hic.

Diligis misericordiam, & judicium. Ps. 32. 5. Ante Judicium misericordiam diligit, & post eam prorogatam ad Judicium venit. S. Basilus hic. Quod quidem Deus ad misericordiam propensus sit, perspectissimum habeo: quod autem etiam acerbissimas ab his, qui ipsius misericordiam contemnunt, poenas exigeret, scriptura, tum res ipsæ testantur. Quamobrem, nè benignitate, ac misericordiâ solâ, freti, peccemus; verum justitiam etiam cogitantes respiscamus. Sanct. Isidor. Pelus. l. 3. ep. 71.

Dabo clavem domus David super humerum ejus &c. Is. 22. 22. Innuitur Filius hominis Crucem portans in humeris. Judicij die signum Filij hominis parebit in horribilius judicium peccatoribus. Escobar t. 3. Proph. Chr. Obj. 1.

Dixi, in vacuum laboravi &c. ergo Judicium meum cum Domino. H. 49. 4. q. d. Christus: ego manifestavi nomen tuum, o Pater! hominibus; feci, quidquid potui pro eorum salute, usque ad crucem, & mortem. Judicium ergo hujus causae tibi committo Pater: tu judica, cujus culpa factum sit, ut tam pauci ex ijs sint conversi, & salvati, ait S. Hier. eosque, qui meos labores spreverunt, & in se castos redderunt, judica, & puni. Cornelius hic.

De angustia, & de Judicio sublatus est. H. 53. 8. S. Ambr. 7. in Luc. cum alijs sic legit: *in humilitate Judicium ejus sublatus est.* q. d. si quis nosse velit, quam terribilis, & inexorabilis in tremendo illo Judicio Christus apparebit; ex humilitate ejus facile dignoscet: vilitas enim, quae praecessit, naturae majestatis mensura est. Pinna Eth. 86.

Congregabo omnes amatores tuos. Ezech. 16. 37. quod, juxta Theodoretum, hunc sensum habet: per ipsos amatores tuos ulciscar te. Ab illo vapulare, qui amaverit, cruciabilissimum. Minatur Deus Jerusalem hinc non ferum, non ignem; sed his omnibus aliquid immanius: *congregabo &c.* Nec enim tam grave est, cum Deus vindictam sumit per eos, qui oderunt; quam cum ad ultionem adhibet eos, qui diligebant. Didacus Niff. f. 6. D. 2. Quadr. §. 6.

Ex Novo.

Quid ex his videre? hominem molli- bus vestitum, &c. Math. 11. 8. Cum dicitur, existis videre hominem, id est, Christum molliibus vestitum, loquitur personis poenitentibus. Secundum primum adventum est indutus molliibus vestibus, scilicet misericordiae. Apoc. 1. 13. *vidi vestitum podere, Zona charitatis aurea &c.* in secundo adventu duris, & ferreis induetur. Sap. 5. 19. *induet pro thorace justitiam - accipiet armaturam Zelus illius &c.* S. Vinc. Ferr. f. 1. D. 3. Adv.

Unus est bonus Deus. Math. 19. 17. q. d. Non ab homine affecto expectes bonitatem, sed rigorem. Unus est Deus, qui inter injurias novit bonus injuriantibus esse. S. Aug. l. 1. de Trin. c. 13. quid me interrogas, inquit, de bono? id est, istam formam, quam vides, quid interrogas de bono; & vocas me, secundum quod vides, Magistrum bonum? haec forma Filij hominis est; haec forma apparebit in Judicio, non tantum justis, sed impijs: & hujus formae visio non erit in bonum eis, qui male agunt. Minus enim scit homo misereri, quam Deus: haec ipsa humana Salvatoris figura; maxime in Judicio; torquet malos. Baezal. 3. cap. 4. §. 40.

Domine, Domine, aperi nobis - Nescio vos. Matth. 25. 11. 12. Quirit Chryloll, cur ipse Christus, & non Angelus, responderit? respondet: id factum; ut gravius torquerentur, ab ipso sponso repulsam passae; quibus & gehennam durius hoc verbum, *nescio vos*, fuit. Quod enim sponsus, à quo dulces complexus, &

amoris plurima blandimenta, sperabant, ipsos eis ob oculos caelorum fores obturavit; majorem id eis utique moerorem intulit. Didacus Niff. f. 6. D. 2. Quadr. §. 6.

Separabit eos ab invicem, sicut pastor separat oves ab hœdis. Math. 25. 32. Et unde Pastori benignissimo tam terribilis actio separandi hœdos ab ovibus? ut damnationis interminabili igni committat? An Pastoris haec documenta? Certè Dominus dixerat Joan. 10. 11. *ego sum Pastor bonus; bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis.* Si Christus, instar boni Pastoris, animam suam dat pro ovibus suis; quid mirum, si memor tanti beneficij, tantæque ingratitude hominum, ab ovibus Pastor hœdos segregat damnandos. S. Anselmus: sicut Pastor, qui animam suam posuit pro ovibus suis, segregat oves ab hœdis. Escobar t. 5. Proph. Chr. l. 2. Obf. 1.

Sacerdos quidam nomine Zacharias. & uxor illius - & nomen ejus Elisabeth. Luc. 1. 5. Cur memorantur parentes Joannis, & non Eliae? Hugo Card. Elias praeco secundæ adventus sine patre, & matre. Subitò ideo fit; quia Joannes Praecursor fuit in testimonium carnalis generationis. Elias Praecursor erit in secundo adventu; ubi carnalis generatio locum penitus non habet, sed spiritualis. In primo adventu venit Filius Dei, ut esset frater, & consanguineus noster; & ideo in ejus Praecursore carnaliter propinqui, & parentes recensentur. At in secundo adventu, in quo ut Judex apparebit, in ejus Antesignano nulla carnis indicia notantur: quia in eo nullus consanguinitatis, nec patris, nec matris affectus; cum rectus Judex ab his omnibus sit alienus. Sylveira hic. q. 9.

Ecce positus est hic in ruinam. Luc. 2. 34. q. d. hic tener infans, hic dulcis Salvator, hic mitis agnus, tandem aliquando terribilis leo, inexorabilis Judex; pro quibus sanguinem fudit. Intolerabile est enim, poenas inde accipere, unde expectabas pietatem. Didacus Niff. D. infra Oct. Nat.

Pater Abraham miserere mei! Luc. 16. 24. Modò agnoscis Patrem; & modò tibi Patrem se esse nescit. Infelix! quem sic ipsa origo arguit. Infelix! cui in Judicio non misereri genitor, non Pater ignoscere, non affectu potuit subvenire. S. Chryloll. f. 122.

Videns civitatem, flevit super illam. Luc. 19. 41. Quia vidit, flevit: nos verò, quia non videmus, non flemus. Si videremus nostrae civitatis, id est, animae nostrae mala, flemus. Videre, & flere, oculorum est; ijsdem, quibus videmus, oculis flemus. Solus homo plorat, qui ratione praestat; reliqua animantia rationis expertia etiam carent fletu. Quamdiu in utero matris latet infans, non plorat; prodiens in lucem plorat. Sic quamdiu in utero ignorantiae est homo, mala sua non deflet; lucem veritatis intuens lacrymatur. Heu quot homines, instar infantium, malorum suorum obliti, male securi, lati, absque lacrymis! Postquam verò scelera, postquam se inquin-

Hhh hh 3 verunt,

verunt, gravissima, Dei Majestatem, quam læserunt, justitiæ divinæ rigorem, poenarum cernunt æternitatem; lacrymis, & contritione, cor perfundunt. S. Aug. lib. de anima c. 49. Salomon ait Ecclæ 1. 18. qui apponit scientiam, apponit dolorem: quia quanto magis homo sua mala intelligit, tanto amplius suspirat, & gemit. Barradius t. 3. l. 7. c. 10. D. 9. Pent. Flevit Dominus super Jerusalem; supplicium tamen sumpsit gravissimum. Misericors est, quod lacrymæ indicant; sed justissimus, quod poena indicat. Non fuerunt lacrymæ impedimento punitiõni, nec misericordia justitiæ. Idem ibidem.

Tunc videbunt Filium hominis venientem. Luc. 21. 27. Quia Filius hominis, magis horribilis apparebit, quam si sub forma Dei judicaret. Quid homines de Filio hominis non sperabunt? imò quid non timebunt? Etenim post tot humanitatis documenta, post illud Incarnationis ineffabile signum, tot crimina perpetrâsse homines; ipsius Humanitatis potentissima irritatio. Haymo: Filium hominis in Judicio visuri sunt: quia in forma Servi ad Judicium venturus est. In forma Servi? ò quàm humilis! imò quàm terribilis apparebit! nam qui formam Servi redempturus Servus advenit; post tot, ac tanta, benignitatis documenta, formæ illius memor, terribilis judicabit ingratos. Escobar t. 5. Proph. Chr. Obs. 1. v. 27. Notandum, quòd, qui in majestate cernendus est, filius hominis est. Humanam naturam indutus veniet mulctatum homines; ut eò acerbius torqueat. Non non est tormentum gravius, quàm spectare; verti in materiam tristitiæ, quòd poterat esse occasio lætitiæ, mortemque inde venire, unde vita nasci poterat. Didacus Niss. f. 2. D. 1. Quadr. §. 2. Qui pati venerat, exercere Judicium nolebat, S. Greg. hom. 18. in Evang.

Jesus autem rursus fremens. Joan. 11. 38. à lacrymis, & compassione, transit Dominus ad fremitum minacem: post misericordiam sequitur rigidum Judicium Dei. S. Aelredus spec. charit. l. 3. c. 26. Salvator pium erga suos indutus affectum, ruituram civitatem compassione mirabili deploravit. Nihilominus tamen civitatis scelera summæ calamitatis injuriâ ex rigore justitiæ castigavit. Bæza t. 2. l. 8. c. 3. §. 31.

Ecce homo. Joan. 19. 5. Homo severissimus ultor injuriarum: unde maxime timendus Jesus ut homo. Divinâ providentiâ actum est, ut prætermisso, quod erat Dei in Jesu, id solum perfidis Judæis panderetur, quod hominis esse videbatur. Quid perniciosius miseris ostendi potuit, quàm homo? Naturam hominis ideo à Verbi divini persona assumptam putat Theodoretus, ut persona divina humanæ naturæ rigorem temperaret; sic enim ait S. de Nativ. non enim per assumptam naturam hominis peccatorem absterret; sed personæ humilitate ad familiaritatem, & amicitiam, provocat. q. d. ideo persona divina humanæ naturæ admiscetur; nè deterriti à natura hominis peccatores caderent; sed divinæ per-

sonæ affabilitate illecti starent. Sola enim hominis natura ex se horrenda est, & summo pere metuenda in castigatione. Bæza l. 4. c. 3. §. 40.

Sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. Act. 1. 11. Viderant euntem formâ servi; viderant in manibus, & pedibus ejus, fixuram clavorum; viderant latus ejus lanceâ vulneratum: & talem susceperat nubes ab oculis eorum. Grande, & dulce, gaudium intuentium, quia talis elevatus est: & grandis timor, ac tremor, expectantium; quia talis, & sic veniet. Sanct. Rupertus de oper. Spirit. S. l. 9. c. 8.

An divitias thesauri ejus - thesauri. Rom. 2. 4. 5. Ideo bonitatem, patientiam, &c. divitias vocat: quasi in aperto positas, & quotidianò usu expendendas; iram autem thesaurum, quasi in abscondito positum, & solum ultimò die refundendum: ut illi, qui cum Jezabele acceptum poenitentia tempus peccatis impenderunt, inde acris punitur: quòd reservatis in ultimam mortis, & Judicii, diem poenis, impunè, & quasi securè vivere permittuntur. Ramirez in ep. 4. Apoc. 2. v. 22.

Qui dilexit nos - ecce venit in nubibus. Apoc. 1. 5. 7. Nota seriem textus. Cur præmittit memoriam de Christi D. amore, ut de Judicio dicat? quia tam iratus, & rigidus, apparebit; ut, nè alius putetur Judex, necesse sit exprimere, quòd ipse erat, qui dilexit nos, & lavit sanguine suo. Ita enim ira ejus amorem abscondet; ut quis aestimare possit; quòd aut nunquam nos dilexerit, aut alius sit tam rigidè judicans. Sylveira hic.

Cruentabuntur igne, & sulphure, in conspectu Angelorum, & ante conspectum agni. Apoc. 14. 10. Hac erit maxima poena: videbunt se damnatos non à crudeli Deo; sed à Deo tam misericorde. Natali Confid. Mort.

Ex Patribus, & aliis.

Deus, quantum Patris pietate indulgens semper, & bonus est; tantum Judicis majestate metuendus est. Quàm magna deliquimus, tam granditer desicamus. Poenitentia minor crimine non sit. S. Cyprianus lib. de lapsis.

Quantum te peccantem, ut convertaris expectat bonitas indulgentis Dei; tantum in te, nisi conversus fueris, ejusdem Judicis censura procedet. Sanct. Chrysolomus hom. de militia Christi.

Quantò diutius Deus nos expectat, ut emendemus; tantò districtius judicabit, si neglexerimus. S. Bernardus Medit. c. 2.

Dominus, & Deus noster misericors, longanimis, & multum misericors, & verax: quàm largiter prorogat misericordiam in præteriti sæculo, tam severè minatur Judicium in futuro. Sanct. August. l. de 10. chord. cap. 1.

Ille pro commissa nobis salute rationem ex-acturus est, qui pro nostra redemptione damnatus est. Qui tantum contulit; scit, quantum reposcat. Novit, quanti illi constiterit homo suus. Non ergo viles nobis sumus, qui tam pretiosi Deo fuimus. Nihil ille à nobis abjectum, nihil mediocre suscipit: vult consentire cum generositate pretij dignitatem redempti. Eusebius Emiff. hom. 1. de Symbolo.

Veniet Salvator, non ut iterum judicetur; sed ut judicet judicantes. Qui prius in judicio tacebat, deinceps dicit iniquis: *hac fecisti, & scisti*. Pl. 49. 21. Sanct. Cyrillus Jerof. Catech. 15.

Noli contemnere Dei misericordiam, si non sentire vis justitiam: ex magnitudine indulgentiæ magnitudinem ultionis attende. Immenus est enim DEUS, & infinitus in justitia, sicut & in misericordia: multus ad ignoscendum, multus ad ulciscendum. Sanct. Bernardus l. 1. in Epiph.

Naturale est, ut, qui tarde irascuntur, postquam ad iracundiam provocantur, fortius commoveantur. Quia verò JESUS sic modò est pius, sic benignus; sicut crudelissimus omnibus peccatoribus tantam nunc misericordiam contemnentibus; dum veniet Mundum judicaturus: tunc enim simul, & semel, & justis blandus, & impijs apparet iratus. S. Bonavent. serm. 25. de Circumc.

§. VI.

Judicium horribile ob Crucem, & Passionem.

Tunc parebit signum Filij hominis in celo. Matth. 24. 30. Apparebit signum Crucis ut per hoc justior eorum condemnatio appareat, qui tantam misericordiam neglexerunt. Et ut dolores, mortem, & opprobria, quæ tantus Rex pro hominibus pertulit, ante oculos eorum ponat, & increpet ingratiitudinem. Sanct. Thomas Aqu. Add. q. 90. a. 2. ad 2. Apparebunt autem tunc Crux, clavi, & lancea Christi; quia ad confusionem ingratorum ostendentur ab Angelis.

Erunt signa in sole &c. Luc. 21. 25. Manifesta Dei beneficia, Sol, luna, stellæ, & cætera creaturæ, in usum hominis conditæ. O ingrati vicem! Judicij die tot habebit carnisces ad exitium, quot à Numine beneficia acceperat. l. 2. Reg. 18. 9. *Abbasit caput ejus (Abfolonis) quercui, & illo suspensò inter cælum, & terram, malus, cui insederat, pertransiit.* S. Ambr. ait: quercu Crucem Christi figurari, beneficiorum maximum. In Cruce, in qua Christus suffixus, Abfolon triplici lancea transfigitur. Potuit Abfolon in Crucis gremio adhuc vivens tot documentis pietatis uti ad pœnitentiam; & contempsit? meritò igitur ab ipsius immensa pietatis brachijs occiditur. Escobar t. 5. Proph. Chr. hic Obs. 4.

Et vestitus erat veste aspersa sanguine. Apoc. 19. 13. quia tunc pretiosus Christi sanguis pro te in Cruce effusus representabitur; ut

te tunc pudeat, eò ad salutem tuam non usum. Diez conc. 1. in Adv.

§. VII.

Judicium horribile ob rationem reddendam.

Vocavit adversum me tempus. Thren. 1. 15. Vocabit Deus tempus adversus impios in die Judicij. Accusabit eos, quòd tempus veniæ, gratiæ &c. perdidit in malis voluptatibus. Dicebat Hippocrates de medicina: vita brevis, ars longa, experimentum periculosum, occasio præceptis, judicium difficile; ideo maxima adhibenda est cura. Idem dicat sibi Fidelis de arte bene vivendi, & moriendi, in hoc tempore exiguo. O Christiane! adverte vitæ brevitatem, & artem serviendi DEO longam, & difficilem: experientia est ardua; & occasio labitur: adhibe ergo maximam diligentiam. Corn. hic.

Cujus est hæc imago? Matth. 22. 20. Oportebit intergiversabiliter omnem animam in Judicio exhiberi discutiendam, si immaculata servata est, si aliam impressionem accepit; si ubi, quando, quæ causâ, quò scilprò, à quo, aliam malæ artis impressionem accepit. Et si abolita est illa scriptura naturalis, & virginalis justitiæ; quæ non atramentò, aut aliquò stylo, sed divinâ virtute fuit scripta in cordibus humanis. Simon Cass. l. 11. c. 50. Cum anima peccatoris coram Domino præsentatur confusione plena, voce horribili interrogat eam Dominus dicens: *cujus est hæc imago?* &c. S. Bernardus c. 1. l. 14. art. 3.

Esurivi &c. Matth. 25. 42. Prima, quæ in divino tribunali tractantur, sunt pauperum, negotia. Sic pauper est charus Deo, ut ejus causa sit prima, quæ in divino Judicio agitur. Sylveira hic.

Quantâ quis curâ accedit recitaturus quòd didicit, Præceptori? aut etiam operis manuum redditurus pensum Præfecto? Et nos de hora illa quare non sumus felicitii; quando totius nobis vitæ reddenda erit ratio? S. Ephrem in illud Attende tibi. c. 6.

In illo die tremendo aperietur liber Passionis Dominicæ, in quo sunt Crux, clavi, lancea, corona spinea, & in carne Christi cicatrices, & CHRISTI vulnera. 2. aperientur libri conscientiarum. 3. liber vitæ. Sanct. Bonavent. diæt. fal. c. 48.

O insensata mortalium cura in vanis! cum quanta solertia, & cura, annuatim rationes suas revident, & prævident, & calculant, & discutunt, sæculi mercatores! animæ verò suæ stolidi peccatores, per plurimos annos peccatis obruta; ac submersa rationes cum Domino negligunt cum tanto periculo revidere. Idem t. 1. l. 15. de vera Confess.

In illo magno Judicio nullus poterit pe Procuratorem comparere, sicut fit hic in curia regis; sed omnes, tam magni domini, quam parvi, debent ibi comparere personaliter, & dare

dare rationem de seipso. S. Vincent. Ferr. f. 1. D. 2. Adv.

In sero mortis, quando veniet ad Iudicium, & Christus ei dicet: quid es lucratus? & nihil portabit, quia omnes labores temporales hic remanebunt. De quo ergo vives? dicet Christus, quia nullum bonum meritorium, nec bonorum operum, portas: ideo remittitur, ut pauper, ad hospitale miserorum, scilicet ad Infernum. Idem. f. 7. D. Sexag.

In libro Dei scribitur, quidquid pro nobis fecit, & sustinuit; & quantum, quomodoque, expenderit; tota ratio accepti, & expensi. Broynard Iudicium divinum.

§. VIII.

In Iudicio quinam accusatores.

Nunquid non dixi vobis: nolite peccare in puerum; & non audistis me. Gen. 42. 22. Quot parentes filijs suis, quot concionatores suis auditoribus, quot Confessarij suis Pœnitentibus, in extremo Iudicio dicent? *nunquid non dixi vobis, nolite peccare, & non audistis me.* Obmutescunt tunc ad monita, qui surdas olim aures paternis monitis præbuerunt. Nec verbum dicunt fratres ad increpationem Ruben; dolent, non audivisse monentem: sed in eo felices, quod adhuc tempus ad pœnitentiam supererat. Alvarez Illustr. 198. En coram tot millibus populorum nudabuntur omnes iniquitates meæ; tot agminibus Angelorum patebunt universa scelera mea, non solum actuum, sed etiam cogitationum, simulque locutionum. Tot Iudicibus inops adstabo, quot me præcesserunt in opere bono; tot arguentibus confundar, quot mihi præbuerunt bene vivendi exempla; tot convincar testibus, quot me monuerunt proficuis sermonibus, sequæ imitandos iustis dederunt actionibus. S. Aug. Medit. c. 4.

Scrutabor Jerusalem in lucernis. Sophon. 1. 12. Lucernæ Dei creaturæ sunt variae. 1. Angeli, & dæmones, qui sunt lucidi spiritus. Hebr. 1. 17. *qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis.* Hi in Iudicio peccatorem accusabunt, & omnia ejus scelera prodent. 2. Est ratio, & conscientia, de qua Pl. 4. 7. *signatum est super nos lumen vultus Domini* Et Matth. 6. 22. *lucerna corporis tui est oculus tuus.* Hæc culpam in memoria servat. Dicit peccatori: ego te monui, clamavi; noli hoc patrare; Deus videt, puniet; sed noluit me audire: tu nōsti; ego testor, negare non potes. 3. Est lex, & verbum Dei. Pl. 118. 105. *lucerna pedibus meis verbuntuum.* Et Prov. 6. 23. & 2. Petri. 19. 4. Sol, luna, stellæ &c. 5. Vita Christi, & Sanctorum. Corn. hic.

Diffamatus est. Luc. 16. 1. 1. Ista diffamatio apud Deum, seu Christum, & accusatio, fit 1. per ipsam infallibilem, & omnia intuentem Sapientiam Dei. Jer. 29. 23. *ego sum Iudex, & testis.* 2. per Angelos. Zach. 3. 1. 3. per propriæ conscientie remorsum. Gen. 27. 12. *inducam super me maledictionem pro be-*

nedictione. Non ait, pater inducet. Procopius hic: pulchrè inquit, super me inducam; nam etsi pater te cognitâ, secutus paternam charitatem, me non objurgabit; tamen conscientia redarguet me, quòd maledictione digna commiserim. 4. ipsa culpa. S. Ambr. in Pl. 50. habet culpa characteres suos, & apices, quibus proditur. Væ mihi! quòd latere non possum: quomodo enim latebo, qui inscripta in pectore meo gero indicia delictorum. Sylveira hic.

Habes tu literas meas, & ego tuas; in die Iudicij ante tribunal Christi utraq; recitabuntur. S. Cyprianus ep. 69. in qua se apud Florentium purgat de varijs ab illo objectis criminibus.

Contra te parebit Christus, contra te sua vulnera alligabit: clavi de te conquereantur; dicatrices contra te loquentur, crux Christi contra te perorabit. Sanct. Chrysoft. hom. 20. in Matth.

Unicuique liber est sua conscientia; & ad hunc librum discutiendum, & emendandum, omnes alij libri inventi sunt. Anima vero, cum de corpore egredietur, nullum alium librum, præter librum conscientie, secum poterit portare; atque in illo cognoscat, quò debeat ire, vel quid debeat recipere. S. Bernardus lib. de conscientia. c. 9.

Si quæris, quis te accusabit? Omnis creatura: quia offensò Creatore omnis creatura offenditur. S. Bonav. f. 3. de Adv.

§. IX.

In Iudicio nullus excusationis locus.

Et dixit Dominus Deus ad mulierem, *quare hoc fecisti?* Gen. 3. 13. Terribile Iudicium est, & horrore plenum! quid enim nobis fiet, cum supremus Iudex, vitam cuiusque dicentis, non unò, sed innumeris, inventis sceleribus, acerrimè, ut meremur, exclamabit: *quare hoc fecisti?* Ubi scilicet nulla nec ratio, nec causa, nec verò etiam excusatio; aut ob ignorantiam, aut ob infirmitatem, aut ob tentatoris suggestionem; digna, & iusta, afferri poterit. Nusquam necessitas, nusquam violentia; sed voluntas dedit, non coegit, non vim fecit; consilium dedit, decept; non coegit, non vim intulit. Sanct. Chrysoft. apud Ferrandium hic.

Invenit scyphum in sacco Benjamin. Gen. 44. 12. Non legitur vel verbum protulisse Benjamin in sui defensionem. Quid ante tribunal Christi dicent reprobi de veris sceleribus convicti; quando innocens Benjamin de crimine falso, ex industria sibi impositò, ante Pro-Regis tribunal obmutescit? Alvarez hic Illustr. 241.

At ille obmutuit. Matth. 22. 12. Quia ibi negandi locus non est, ait S. Hier. nam Deus ibi illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Obmutuit, quia in illa distinctione ultimæ increpationis, omne argumentum cessabit excusationis: quia ille foris increpat, qui testis conscientie intus animam acculat. S. Greg.

S. Greg. hom. 38. in Evang. apud Cornelium hic. Impossibile omnino est excusare, quem iusti regis iusta condemnat sententia. Non enim fuit ausus ullus pro eo interpellare ad regem; sicut nolentes, ita non valentes, iustam regis improbare sententiam: & velut se reputantes offensos, quod ab eis dissimilis venerit in conventum. Simon Cass. de iust. Chr. l. 5. c. 18. Propter timorem accusationis, propter erubescens iniquitatis, propter ignorantiam excusationis, præ confusione non habens quid responderet; sed propria arguente conscientia convincitur, & mutus efficitur. Per hoc, quod ille obtulit, monstratur, quod in ultimo illo examine omne genus excusationis cessabit. Ludolphus Carthus. p. 2. c. 34.

Heu! heu! quam securi, & intrepidi, hoc dicimus, & audimus: quasi nos non tangeret hæc sententia; quasi ad nos non pertineret historia; quasi alij, non nos, tribunali stare, rationemque reddaturi, essent: aut quasi dies ille nunquam esset venturus. Sed *adesse festinam tempora.* Deut. 32. 35. & cum minus putaverimus, festinus adveniet. S. Thom. Vill. conc. 1. D. 1. Adv.

Quam nos, quæso, dilectissimi fratres, in die illa extremi iudicii excusationem apud Deum habebimus, qui absque ulla perfectionis atrocitate, tormentorumque vi, charitatem Dei, vitamque nostram, usque adeo negleximus; ac tam profundò torporis, ac desidii, somnò demeriti sumus? Ecce Sancti Martyres miris modis exagitati, afflicti, tentati, verberati, exquisitisque tormentis ex cruciati, Deum totò corde, ac totà mente, semper dilexerunt. Nos verò etiam in requie, atque delicijs, diligere benignissimum Deum, ac Dominum nostrum, decretaimus. Sed quidnam acturi? quid dicturi sumus in die illa horrenda, quando benignissimi illi Christi Martyres iuxta solium gloriæ, magna cum gloria, atque fiducia, astantes, ostendunt vulnorum suorum, atrociumque cruciatuum, ac verberum cicatrices in suis corporibus relucen-tes; nos quid tunc offensuri sumus? quas illic virtutes proferemus? &c. S. Ephrem. l. 2. de laud. SS. MM.

Quid faciemus sub tanti iudicii maiestate? quid excusationis obtendere poterimus? quæ nobis subventura est poenitentia, quam in hac carne contempsimus? quæ nos defensura sunt opera bona, quæ in hac vita non fecimus? Ad quos Apostolos, aut ad quos alios sanctos, confugiemus; quorum exempla simul, ac verba, despeximus? S. Prosper. l. 3. c. 12. Idem habet Petrus Dam. l. 4. ep. 5.

Omnes ferè Prophetæ de hoc iudicio aliquid dixerunt. Nec solum Prophetis sanctis; sed etiam barbaris illis Virginibus ex gentilitate Sibyllis vaticinantibus, secretum hoc, Deò prodente, est revelatum. Quare hoc Domine? nempe ut nullus in iudicio reus ullam tanti examinis futuri ignorantiam obtendat. S. Thom. Vill. conc. 2. D. 1. Adv.

☉☉☉

Polyanb. Sacr. Tom. I.

§. X.

Judicium erit sine refugio, patrocínio ullo.

Omnis Israel, qui stabat per gyrum, fugit ad clamorem pereun- tium, dicens: nò forte & nos terra deglutiat. Num. 16. 34. Nè unus quidem amicus, aut familiaris, miseris auxiliari studet. Baez. t. 2. l. 5. c. 8. conc. 5. de Anticht.

Frater non redimit, redimet homo. Psalm. 48. 8. Frater tuus Iesus Christus, qui pro te mortuus est, tunc te non liberabit ab afflictione illa, & redimet homines? nequaquam. &c. Diez conc. 1. in Adv.

Zelus, & furor viri, id est, Christi, non parcat in die vindictæ, scilicet iudicii, nec acquiescet cujusquam precibus; nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Prov. 6. 34. 35. Quoniam si tunc omnes Prophetæ & Patriarchæ &c. offerrent Christo omnes misericordias, quas fecerunt, pro aliquo avaro; nihil obtinerent. Nec Apostoli omnes charitates pro aliquo invidio; nec Martyres patientiam suam pro aliquo iracundo; nec Confessores suam poenitentiam pro aliquo impo- nitente; nec Virgines suam puritatem pro aliquo luxurioso. Sanct. Vincent. Ferr. l. 5. D. 3. Adv.

Argentum eorum, & aurum eorum, non valebit liberare eos in die furoris Domini. Ezech. 7. 19. Notent hoc avari scelesti: à Dei ira, gehenna nec opes, nec nepotes, nec filij, nec uxores, nec cognati; quos iniquè ditare voluerunt cum animæ suæ perditione, eos liberare volent, aut valebunt. Corn. hic.

Appensus es in statera, & inventus es minus habens. Dan. 5. 27. Non aurum, non argentum, non opes, non palatia, in stateram veniunt: solus rex appensus, & levis apparuit. Alvarez in Gen. 47. Illustr. 150. *Et nemo auxiliabitur ei.* Dan. 11. 45.

Ligatis manibus, ac pedibus, &c. Matth. 22. 13. Mirum, quod nullus in tanta multitudine inveniat, qui pro ipso ad regem loquatur: quia in extremo iudicio nullus erit, qui partes peccatorum tueatur; nullus aderit patronus. Sylveira hic q. 16.

Sol, gratiæ Christus, obscurabitur; & non dabit lumen suum. Matth. 24. 29. Luna Maria, quæ semper in nocte peccatoribus lucere parata fuit, obscurabitur, & convertetur in sanguinem. Joel. 2. 31. quia Filij sui vindictam in impios approbabit. Poterit tunc dicere Filio Jer. 18. 20. *recordare, quod steterim in conspectu tuo, ut loquerer pro eis bonum, & averterem indignationem tuam ab eis;* sed nunc videam ultionem tuam ex eis. Marchantius D. 24. Pent.

Nonne decem virgines. Matth. 25. 8. erant sibi familiares; & nec verbum amicum emittunt, nec ullum commiserationis signum; Iii ii sed

sed in exterioribus tenebris relinquuntur. Baeza t. 3. l. 13. c. 1.

Clauis est janua. ib. v. 10. quia impermutabilis est Judex, cum diffinitivam sententiam dederit; neque ab ea potest haberi appellationis suffugium. Simon Cast. l. 6. c. 28.

In capite ejus corona stellarum duodecim. Apoc. 12. 1. Abbas Joachimus asserit; duodecim stellis totidem Zodiaci signa figurari. Ecce non sol in signis; sed potius signa conspiciuntur in Sole: quia Judicij die, leo, libra, aquarius, scorpius, sagittarius, solis justitiae benignissimos tenent influxus, suosque formidabiles ei impendunt effectus. Quid de Luna Maria non sperabunt peccatores? o plenus horrore dies! cum signa non solum erunt in Sole: sed & in Luna, & in Stellis. S. Hieron. nullus potest, offensus Deo, pro flagitijs rogare peccatorum: quia nec tam clemens potest creatura, quam Conditor esse; nec ita alienus externis, quomodo Dominus suis parcere. Et ideo, cum Dominus non miseretur; nullius alterius commiserationi locus esse poterit. Elcobar t. 5. Proph. Chr. l. 1. Sect. 1. Obs. 2.

Illic misericordissimus ille Abraham, immittis, & immiserors, reperietur: & qui pro Sodomis, ut salvarentur, deprecatus est; illic vel pro uno peccatore non supplicabit. S. Ephrem. l. de relig. vita.

Quaslibet divitias homo filijs suis congerat; nequaquam hoc ei proderit in Judicio, quod divitem reliquit haeredem. Salvianus ad Eccl. Gal. l. 2.

Ad eum Judex inflexibilis erit; ut si pro aliquo uno homine omnes Sancti orarent, veniam ei obtinere non possent. S. Bonavent. f. 11. de tempore.

§. XI.

In Judicio proderunt opera bona, & virtutes.

*D*ate ei de fructu manuum suarum. Proverb. 31. 31. Anima sancta audiet in die Judicij, & a Sanctis Angelis: date ei &c. date ei mercedem, & gloriam, pro merito heroicorum operum, quae manibus operata est, ita Salomonius apud Corn. hic.

Quid faciam? Luc. 16. 3. Potius cogitavit, quid faciam? quam quid dicam? sciens, quod apud justum, & infallibilem Judicem plus valeant opera virtuosa, quam verba pulchra. Dionysius Carth. hic.

Nihil nobiscum ferre possumus, nisi vitam bene, atque innocenter actam: ille ad Deum copiosus, ille opulentus, adveniet; cui adstant continentia, misericordia, patientia, charitas, fides. Haec est haereditas nostra; quae nec eripi cuiquam, nec transferri ad alterum, potest. Lactantius l. 7. div. instit.

Hoc secum quisque portat ex facultatibus, quas accepit: quod in opus religionis impenderit quod pro dilectione Dei fecerit; pra-

ceptis ejus obtemperans. Dicitur enim in die Judicij: ecce homo, & opera ejus; non dicitur: ecce homo, & potentia ejus. S. Gaudentius tr. 13.

Veniet dies Judicij, ubi plus valebunt pura corda, quam astuta verba; & conscientia bona, quam marsupia plena. S. Bernardus ep. 1.

§. XII.

In Judicio omnia patebunt: Judex omniscius &c.

*S*uspende eos contra solem. Num. 25. 4. Ut haec figura proclamet, inquit Cyrillus lib. 14. de adorat. quod nemo possit effugere vel manum, vel oculum illius summi Judicij; qui instar solis omnia etiam arcana, quae in cubilibus geruntur, intuetur; quodque ipse secretis peccantes in publicum producat in die Judicij. Corn. hic.

Cum accipero tempus, ego justitias judicabo. Mox additur: *liquifacta est terra, & omnes, qui habitant in ea.* Psal. 74. 3. 4. Metaphora dicto subest, sumpta à monte, quem nix operit; sub qua quid latet, nescimus, donec sol aeternus illum solvat. Sic in supremo Mundi die sol justitiae liquefaciet nivem, hoc est, auferet larvas; vela, quae agnitionem vitae cujusque occultabant. Didacus Niff. f. 2. D. 1. Quad. §. 3.

Venit saliens in montibus. Cant. 2. 8. Ad Judicium tanquam caprea: licet autem celestiter perficiatur; nullò tamen errore, ignorantia, vel tenebris, obcurabitur; sed acutissimo visu comprehendet omnia; ut nullus non videat justissime hos ad dexteram, illos ad sinistram, collocatos esse; nec ullum, per errorem, oblivionem, aut pravum Judicis affectum; in sinistra positum. Si enim Patriarcha Jacob Gen. 48. 10. 14. caligantibus oculis corporis per internum certissime intuebatur, cui ex duobus nepotibus applicanda dextra, vel sinistra? quanto magis Christus &c. de Ponte hic. Ideo Christus capreae assimilatur; eò quod corda omnium subtilissime rimetur, & inspicat cogitationes omnes. Philo Carpath. hic Comparatus est capreae, hinnuloque cervorum; propter acerrimum visum. Id ib.

Nec in die agnitionis. Sap. 3. 18. Dies Judicij dicitur dies agnitionis, quoad bonos: quia tunc à Deo cognoscuntur, sicut fratres Joseph ab ipso Gen. 42. 8. Item quoad malos: quia occulta eorum cognoscuntur. S. Bonav. hic.

In fine hominis denudatio operum illius. Eccl. 11. 29. hoc est, ut multi exponunt, postquam vivendi finem omnes homines fecerint, & universale Judicium adierit; tunc nudabuntur cujusque opera. Didacus Niff. f. 2. D. 1. Quad. §. 3.

Non secundum visionem oculorum judicabit. II. 11. 3. q. d. homines juxta speciem, & apparentiam exteriorem, judicant; quae saepe fallit: nam hypocritae per eam judicibus tucum faciunt,

faciunt, cum se bonos stimulant. Sed Christus plenus spiritu sapientiae judicabit non secundum apparentiam exteriorem, nec etiam ex relatione aliorum, aut rumoribus; quia visus, & auditus, in his saepe falluntur: sed secundum ipsam causam aequitatem, quam in seipsa introspiciet. Cornelius hic.

Scrutabor Jerusalem in lucernis. Soph. 1. 12. Cur non potius ad radios solares? quia radij solares multis saepe locis excluduntur, in angulis, cellarijs &c. At verò lucerna manibus ducta omnes angulos permeat. Mendoza in 1. Reg. 2.

Pater, peccavi in caelum, & coram te. Luc. 15. 18. Quomodo coram patre, si in regione longinqua? S. Chrysol. l. 2. peregrè profectus est iste, & in regionem longinquam fugit: sed accusatores suos, sed testes suos, divini Patris oculos non effugit. Pl. 138. 7. quò ibo à spiritu tuo?

In conspectu sedis tanquam mare vitreum simile crystallo. Apoc. 4. 6. In hac visione apparet Deus ut supremus iudex, mare significat populos. Apoc. 17. 15. Mare per se fluxum, hic solidum; obscurat multa, hic pellucidum. Ecce coram Deo omnia tempora, tanquam immobiles aquae, stant, & omnia ab aeterno ei patent. Sylveira hic.

§. XIII.

In Judicio pudor, & confusio.

Erant viri confusi turpiter valde. 2. Reg. 10. 5. Grave opprobrium, & contumelia, fuit; qua Ammonitarum rex Hannon Davidis legatos confudit. Quis reprobis sensus erit in illa confusione coram toto Mundo? Incert. Auth.

Erubescant impij, & deducantur in Infernum. Pl. 30. 18.

Ut portes ignominiam tuam, & confundaris in omnibus, qua fecisti. Ezech. 16. 54.

Viri Ninivita surgent in Judicio cum generatione ista, & condemnabunt eam. Matth. 12. 41.

Congregabuntur ante eum omnes gentes. Matth. 25. 32. Hoc planè eis grave tormentum, & magnus quidam malorum cumulus, erit: fortè enim quodcumque solatium videretur, eorum, quos tam malitiosè impugnaverint; in tormentis suis saltem declinare posse conspectus. Sanctus Bernardus l. 8. in Psalm. 90.

Egressus foras flevit amarè. Matth. 26. 57. Exiit Petrus de stadio, non valens suae mentis ferre pudorem. S. Laurentius Just. de Chr. ag. c. 8.

Laqueo se suspendit. Matth. 27. 5. Non ferens Judas ignominias subsequitur, se ipsum è vita subduxit. Theophylactus.

Polyanth. Sac. Tom. I.

Mendicare erubescio. Luc. 16. 3. Confusionem futuri Judicij pertimescit, in quo jam non poenitendi tempus est, sed poenarum; & ubi reus plus de conscientia, quam de gehennae crudescit incendio. Sanct. Chrysol. f. 125.

Longè horridior, quam ignis, erit ille pudor, quem perpetuò retinebunt. S. Basil. or. 23. de Judicio.

Etiam jumenta percuti, occidi, & cremari, possunt; verecundari non possunt. Tunc homo maximè ut homo patitur, quando pro delictis suis publicè confunditur. S. Thom. Vill. conc. D. 1. Adv.

§. XIV.

Judicium quibus non timendum, sed gratum futurum

Beati, quorum remissa sunt iniquitates, & quorum reata sunt peccata. Pl. 31. 1. Sed quomodo teguntur, si manifestantur? simile: pretiosa vestis reginae, licet aliquà parte rupta, non ideo rejicitur; sed sartor, loco rupturae, aurum, lapillos, gemmas, apponit; ut ruptura nihil amplius habeat dedecoris. Il. 49. 18. loquitur Pater Filio: vivit Dominus! quia omnibus his (justis) velut ornamentò vestieris. Rupturae apposita CHRISTI merita, sanguis. Olorius D. 1. Adv.

Latentur, & exultent Gentes, quoniam judicas populos in aequitate. Pl. 66. 5. Quarendum nobis est, quare moneat Gentes latari, & exultare, cum Judicium Dominum dicat facturum? metuere enim potest rea conscientia, cum audit veracem Dominum judicaturum. Sed de illis dicit, qui, jam confessi peccata, formidare nequeunt ventura Judicia: illis enim non iudex, sed advocatus, est Christus, qui se propria confessione damnaverunt. Cassiodorus hic.

Quid detur tibi? aut quid opponatur tibi ad linguam dolosam? Pl. 119. 3. hoc est, juxta expositionem Augustini, & Euthymij, quod tibi dabimus antidotum, quò te consolatione reficiemus, cum te videris vulneratum linguà dolosà? *Sagitta potentis acuta cum carbonibus desolatorijs.* Hæc tibi sit consolatio, quia jam pacatæ sunt sagittæ Dei in Judicium venturi, honorem tuum defensuri. Olorius D. 1. Adv.

Levate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Luc. 21. 28. Erunt iusti in hac vita mœsti, demisso capite; quos Mundus putat nunquam sua capita levaturos. Dominus autem, loquens de Judicij die, ait, tunc illos capita levaturos, quando mali dicent montibus, cadite super nos. Stella de cont. van. p. 1. c. 61. Suprà dixerat, signa Judicij magnum hominibus allatura timorem. Nunc suos admonet, nè timeant, cum signa viderint; sed animò sint hilari. Arescant impij præ timore; vos discipuli, & omnes iusti, timeatis; sed respicite in caelum. Caput dejicere

lii ii 2 eorum

eorum est, quos timor, & mœror, premit; caput levare eorum, quos fiducia, lætitiæque, exhilarat. Escobar. t. 5. Proph. Chr. Obl. 7. Sect. 2. §. 2.

Sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. Act. 1. 11. Sic veniet: non veniet vobis terribilis. Sic veniet in ipso corpore, vobis in amore, impijs in terrore. Beati, quibus dicitur, sic veniet. Nunquid sic veniet oculis peccatorum? S. August. l. 7. de Ascens.

Salvatorem expectamus D. N. J. C. Eccl. Philipp. 3. 20. *Expectantes beatam spem.* Tit. 2. 13. Sanct. Hieronym. hic: qui piè in hoc sæculo vivit, justè beatam spem, Christi que adventum, expectat: sicut enim impietas magni Dei reformidat adventum; ita securitudo de opere suo, & de fide, illum pietas præstolatur.

Sed & ijs, qui diligunt adventum ejus. 2. Tim. 4. 8. Amat Domini adventum, qui illius leges sequitur, & ex illis vitam instituit. Theodoretus.

Judicaturò Dominò lugubre Mundus immugiet, tribus ad tribum pectora ferient; potentissimi quondam reges nudò latere palpitant. Adducetur & cum suis stultus Plato discipulis: Aristotelis argumenta non proderunt. Tunc tu rusticianus, & pauper, exaltabis, & ridebis, & dices: Ecce Crucifixus DEUS meus! ecce Judex, qui obvolutus pannis in præsepio vagijit. &c. Sanct. Hieron. ep. 1. ad Heliodorum.

Præbet apud Dominum nobis hominibus peccatoribus fiduciam Deus homo: est nobis spes magna pœnitentibus, quia advocatus noster factus est noster Judex, qui non vult mortem peccatoris. Sanct. Eligius hom. 8.

Libenter illius Judicium subeo, & amplector sententiam, qui pro me miserrimo, & indigno, servo suo, judicatus, & mortuus est: & nè me damnaret ad gehennam, ad Crucem se damnari permisit. Hunc non recuso Judicem, quem habui Redemptorem: Agnum, inquam, pro me occisum, hunc Judicem efflagito, hunc desidero, hunc totis viribus concupisco. Non ipsius crudelitatem accusabo, quia Agnus est. Sanct. Thomas Vill. Conc. 1. D. 1. Adv.

Andronicus Imp. cum positus infulis, indueret religionis habitum, dixit: in die Judicij extremi sub ea veste religiosa factus est, quàm sub purpura. Jonghen Exh. 25.

§. XV.

Judicium salubriter timetur.

Deus mollivit cor meum. Job. 23. 16. S. Greg. cor mollitur, quando supremi timore Judicij penetratur; quod fit, quando Dominus aufert cor lapideum, & dat cor carneum. Ezech. 11. 19. id est, molle; quod possit penetrari clavò timoris, vel gladiò amoris. Hugo Card. hic.

Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei circumdabit me. Pl. 48. 6. Quod me timere faciet in die mala, non est paupertas; quia Judex non corrumpitur donis; non est humilitas generis, aut status; quia Judex non respicit personas: non est malitia testium, aut advocatorum; quia Judex omnia novit; non est potentia adversariorum; quia Judex neminem timet: denique nihil aliud est, nisi *iniquitas*; & non quævis iniquitas, sed sola *iniquitas calcanei mei*, id est, iniquitas extrema vitæ meæ. Bellarminus hic.

Quis novit potestatem ira tua, & præ timore tuo iram tuam dinumerare? Pl. 89. 11. Qui novit, quantus sit Deus, ille novit justitiam, & iram ejus. Orosius D. 1. Adv. Quot tribulationes, quot infirmitates patimur, tot stillas de Judicio Dei sentimus. Hugo Card. in Joan. 16.

Non intres in Judicium cum servo tuo. Pl. 142. 2. Sic rogat Deum timens David. Mirandus Job, qui Judicium Dei non videtur exhorrescere. c. 13. 18. *si servo judicatus scio, quòd justus appareto.* Quæ causa diffidentia in rege, fiducia in Jobo? Arguebat Davidem conscientia de adulterio, & homicidio; ideo timer Judicium. Job verò innocens vitæ à puero: *neg. reprehendit me cor meum in omni vita mea.* c. 27. 6. S. Bernardus l. 3. de considerat: fortitudo tua, fiducia bonæ conscientia; decor tuus, splendor bonæ opinionis. Alvarez Illustr. 114.

Non intres in Judicium cum servo tuo Domine. 142. 2. Quid ais David? nonne servus Dei es? cur non gaudes rationem Deo reddere? quia sentiebat, Judicium DEI ad eò rigidum esse, ut vix justus salvari possit. Si servus Dei timet, quid agit servus Mundi, carnis, diaboli? Stella in Luc. 21.

Cum audieritis prælia, seditiones, nolite terri. Luc. 21. 9. Inter furentia prælia jubentur Discipuli non timere: quia, licet sæviant creaturæ, non tamen statim suis est, non instat ultimi Judicij pugna; solum illud est timendum. Bæza t. 2. l. c. 4. §. 3.

Timor Judicij pedagogus est ad pietatem. S. Basilus in 11.

Anima sterilis, quid agis? quid torpes anima peccatrix? dies Judicij venit, juxta est dies Domini magnus, juxta est velox nimis dies iræ &c. Quid dormitas anima tepida, & digna evomi? quid dormitas? Qui non expergilatur, qui non tremat, ad tantum tonitruum; non dormit, sed mortuus est. S. Anselmus l. de miser. hom.

Time, quòd in die Judicij ei præsentandus es, in cujus manus horrendum est incidere. *hictimor initium sapientia dicitur* Psal. 110. 10. Unde est, quòd non dicitur, *memorare primordia*, aut *media*, sed *novissima*. Eccl. 7. 40. S. Bernardus term. de primordijs, med. & noviss.

§. XVI.

Judicium cur uniuersale?

Multi homicidæ in lecto impunè defuncti sunt, ubi ergo Dei iustitia? sepe autem, qui homicidia quinquaginta patravit, semel tantum capite plectitur; ubi ergo illorum quadraginta novem pœnas dabit? nisi post hanc vitam fuerit Judicium, & retributio. S. Cyrill. Jerof. Catech. 18.

Virtus non solum meretur præmium, sed etiam honorem: imò honor propriè virtutis præmium est, & illi maximè debitum. Similiter peccatum non solum meretur pœnam, sed etiam confusionem, & verecundiam. Unde iustissimè præcipiunt Leges Imperatorum, ut delicta publicè puniantur: ut videlicet pœnam inflictam astantium verecundia, & confusio, comiteur. Tunc igitur homo maximè ut homo punitur, quando pro delictis suis publicè confunditur. Sanct. Thomas Vill. conc. 1. D. 1. Adv.

§. XVII.

*Judicij memoria suadetur.**Ex Veteri, & Novo.*

Venerunt ad fontem Masphai, ipsa est Cades. Origenes legit: *venerunt ad fontem Judicij, qui vocatur Cades.* Gen. 14. 7. Cades interpretatur *sanctiſi ario*, vel *sanctum*. Omnis, qui se ad sanctimoniam convertit, habet semper ante oculos suos fontem Judicij: prospicit enim diem Judicij. Orig. hom. 10. in Num.

Tulerunt septem (Sacerdotes) ex eis septem buccinas. Jos. 6. 12. 13. Per sacerdotes buccinantes intelligit Sanct. August. l. 106. de temp. Concionatores de extremo Judicio, & Angelicà tubâ. His personantibus muri cadunt: quia ad timorem Judicij vitia corruunt. Pinna Eth. 99.

Judices Dominus inter me, & te. 1. Reg. 24. 13. Nihil est, quod magis proficiat ad vitam honestam, quam ut credamus; eum Judicem futurum, quem & occulta non fallant, & indecora offendant, & honesta delectent. Sic David, ut Saulem non solum perterreret, sed & corrigeret, ait: *judices &c.* Mendoza in 1. Reg. 2.

Inquinata sunt via illius omni tempore. quæ causa? auferuntur Judicia tua à facie ejus. Pl. 10. 5. Secundum Hebr. Irremediabile periculum est, si aliquem vitij, & cupiditibus, fræna laxare; ut se Deo rationem non meminerit redditurum. Puto, quòd jam magna sit peccati pœna; metum, ac memoriam, futuri perdidisse Judicij. S. Aug. l. 25. de temp. apud Pinna Ethol. 99.

Custodi vias Domini, nec impiè gessi à Deo meo; quoniam omnia Judicia ejus in conspectu meo semper. Pl. 17. 22. 23.

Nunc dicit causam, quare vias Domini custodierit, aut impiè non gesserit: quia jugiter Judicia ejus terribilia cogitabat. Cassiodorus hic.

Uniuscujusq; ensis super femur suum, propter timores nocturnos. Cant. 3. 8. Ensis super femur, Judicium divinum; ad quod inevitabiliter imus omnes. Interrogavit quidam Discipulus, factus in magno desiderio vigilandi pro Christiano cultu, quendam eruditum in placitis moribus senem: quomodo possum benevigilare, & orare, die, ac nocte? Et ait senex; timor divini Judicij si fuerit invulsi-biliter tuo cordi præfixus paululum dormies, modicum dormitabis: vigilabis utique, atque orabis; &, velut pestem, fugies gravem somnum. Experimentò didici, nihil facere tam animum vigilem, quam timor inevitabilis Judicij, & districtæ, atque insubterfugibilis examinationis. Simon Cassianus l. 4. cap. 4.

Ex Patribus, & aliis.

Considera Judicij imminem, & inextinguibiles gehennæ flammæ, &c. &, si potes, relicta Ecclesiâ, sæcularibus sollicitudinibus implicare. S. Ambr. l. 4. de camelo.

Si mente cernerent homines peccatores, quale Judicium imminet Mundo; sensus humanus non dispergeretur vanitate Sæculari. Idem l. ad virg. laps. apud Did. Niff. ser. 2. D. 1. Quadrag. §. 4.

Memineris Judicij, & non erit scortatio; neque ulla iniquitas apud te invalescet: nam dum DEI oblivisceris, tunc demum cogitas perversa, & iniqua perficis. Sanct. Cyrill. Jerof. Catech. 2.

§. XVIII.

Ad Judicium præparatio.

Estote parati in diem certium - & ecce cæperunt audiri tonitrua &c. Ex. 19. 15. Dies tres nobis.

Domine, nè in furore tuo arguas me. Pl. 6. 2. Petit, ut ante Judicium, non in Judicio, corripatur: quia, qui ibi corripitur, sine dubitatione damnatur. Cassiodorus hic.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum. ib. v. 3. Infirmi-tatis confessio cœlestis Medici misericordiam monet: à qua facillè impetrantur remedia, cum ostenduntur vulnera manifesta. Non enim dixit, quoniam mereor; sed quia justitiam tuam sustinere non valeo. O clementia magna Creatoris! à Judice percipimus, quid rei dicere debeamus: docemur pietatem petere; nè nos justitia possit absumere. Id. hic. Amemus clementem defensorem, nè patiamur severum Judicem. Id. in Pl. 56.

Ante Judicium para justitiam tuam tibi, &, antequàm loquaris, disce. Eccl. 18. 19. Ad literam verba hæc cum sint generalia, de quolibet Judicio sumi possunt. Si accipias de Judicio extremo, sensus erit: sicut locutus prius

lil ii 2 dicit,

discit, quid loquetur; sic tu locutus, & respon-
surus, Christo, Judici te examinanti, prius hęc
discere practicę benę vivendo, quod tunc respon-
deas. Cornelius hic.

*Surrexerunt omnes virgines, & orna-
verunt lampades suas.* Matth. 25. 7. Sur-
gunt ergo omnes virgines illę, sapientes, & stul-
tę; & aptant lampades suas: id est, rationem
preparant reddere de operibus suis. S. August.
ep. 119.

*Induamur armalucis. Sicut in die ho-
nestę abulemus.* Rom. 13. 12. 13. Lyranus
cenfet hęc non diem fidei, sed diem extremi Judi-
cij, significari. Sicut in die, scilicet Judicij, in-
quit, honestę ambulemus. Magna honestę am-
bulandi ratio; ita ambulare, sicut vellemus ipsō
die Judicij ambulare. In die solliciti sunt homi-
nes de habitu corporis decenti, non de nocte.
Jonghen Exh. 25.

*Advocatum habemus apud Patrem,
Jesum Christum justum.* 1. Jo. 2. 1. Addidit
justum: Justus namque Advocatus injustas cau-
sas non suscipit: qui tunc justus defendet nos
in Judicio, si nosmetipsos nunc & cognosci-
mus, & accusamus, injustos. V. Beda
hic.

Quid eđ vel spectaculō gratius, vel fructu
ejus dulcius? videre ferta pendentia, vel quę-
dam speciosi ruris monilia; corpore uvę, vel au-
reō colore, vel purpureō, vel renitentes? Nec ad-
vertis; ex his admoneri te, o homo! nē immatu-
ros fructus tuos dies supremus inveniat. S.
Ambr. hexam. c. 12 l. 3.

Nihil futuro Judicio debet, qui quotidie vo-
ta perolverit. Nec est, nē rationem imposte-
rum præstet, qui de die in diem Domino bono-
rum operum fructum justō labore ditatus obtu-
lerit. Sanct. Valerianus hom. 4. de bono
Discipl.

Judicij diem Prophetę vocant diem Do-
mini: quia præsentis dies nostri sunt, nobis
dati; ut in salutem utamur. Diez conc. 1.
in Adv.

§. XIX.

Judicium ut propinquum spectat.

*Juxta est dies Domini magnus, juxta est,
& velox nimis.* Soph. 1. 14. Ter idem
repetit; cum tamen multis annis à Prophetę
tempore distaret. Unde dicitur Matth. 25.
19. *post multum verō temporis venit Do-
minus servorum illorum.* Si multum tem-
poris est ad reditum Domini, quomodo juxta
est dies Domini? Perpensō Domini desiderio
ad remunerandos suos longum erat tempus: At
attentā vitę brevitate, juxta est dies Domini.
Hebr. 10. 37. *Ahuc modicum, qui ventu-
rus est.* Sylveira in Joan. 16.

Securis ad radicem arborum posita est.
Matth. 3. 10. Securi vocat Judicium Domi-
ni; arbores autem singulos. Theophylactus
hic.

Moram facit Dominus meus venire.
Luc. 12. 45. S. Rupertus l. 1. in Apoc. famili-
re mori Prophetarum, & omnium sanctorum
vigilium, qui adventum illum vigilanter prævide-
rant, dicere citō veniet, velociter apparebit.
At verō servus malus putat in tempora longa fie-
ri istud, dicens in corde suo: *moram fa-
cies &c.*

*Dominus meus aufert, à me vilicati-
nem.* Luc. 16. 3. Non dixit auferet de futuris;
sed aufert de præsentibus: quia mortem, tempusque
reddendę rationis, non ut futurum, sed ut
præsens, debemus considerare. Sylvei-
ra hic.

Qua oportet fieri citō. Apoc. 1. 1. Cum
multa hic revelata pertineant ad finem Mundi,
cur dicitur, quōd oportet fieri citō? quia etiam
longissimum præsentis vitę tempus, æternitati
comparatum, brevissimum, & momentarium.
Sic Apoc. 22. 7. *ecce venio velociter.* Sylvei-
ra hic.

*Ecce venit cum nubibus, & videbit
eum omnes oculus.* Apoc. 1. 5. & 22. 20.
ecce venio citō. Cur in præsentibus? q. d. hoc
tempus, quod fluit usque ad diem Judicij, mi-
hi breve videtur. Sylveira hic.

Oportet tantō studiō vitam nostrā instituere;
proinde ac mox de omnibus verbis, operibus,
& cogitationibus judicandi esse sumus. S. Chrysol.
t. 1. hom. 8. in Gen.

Rationibus nostris consulamus Charissimi,
quoniam tempus breve est. B. Iñas Abb.
or. 15.

Miscellanea.

Erunt signa &c. Luc. 21. 25. Visum
mihi aliquando, non tam benigne agi cum par-
ticulari, quàm generali, Judicio: quia hoc
tot signa solis &c. præcedunt; illud autem sa-
pe infalutatio hospite, sive non præmissa ad-
monitione, præsentatur. Re autem maturius
excussā comperi; nullum perire, quem Judici-
um particulare non perspicuis signis admoneat.
Signa, ipsa brevis vitę, mortes aliorum, mor-
bi, &c. ipsum peccatum. Escobar t. 5. Prophe-
Chr. Obs. 7.

Gemamus modicum, nē semper gemamus;
ploremus modicum, nē in æternum ploremus;
non parcamus nobis, ut parcat ipse. Quōd
enim quisque fuerit in seipsum districtior pec-
catorum vindex! eđ illi mitior tunc ap-
parebit iudex. S. Thom. Vill. conc.
1. D. 1. Adv.



TITULUS XXVII. JUDICIA DEI.

§. I.

*Non scruteris. Sunt probis solatio.**Ex Veteri.*

Custodi vias Domini, nec impiè gesse à Deo meo. Cur? quoniam omnia *Judicia ejus in conspectu meo; & ideo justitias ejus non repuli à me.* Psalm. 17. 22. 23. Nam invidiam, & capitale odium Saulis, perfidas populi persecutiones; diras, maledicta Semei, rebellionem filij mei; judicia, & justitias ejus esse reputavi. Cur enim non haberet jus me exercendi Dominus meus, aut me puniendi Iudex meus? qui tam bonus est; ut velit etiam malis bene uti; tam potens; ut e contrariis contraria exprimeret possit. Stengelius *Judic. div. t. 1. Procem. §. 4.*

Justitia tua abyssus multa. Pl. 35. 7. Evadit plerumq; fur debitum sibi laqueum; & justus ac innocens, traditur ad suspendiū. Comprehenditur, qui non peccavit, & qui peccavit, latuit tutā fugā. Pravalet homicida, & occiditur tutor vitæ. Pauperum incenditur domus; & prædonū intacta habitacula manebunt. Dissipatur cisterna ejus, qui scientibus propinabat; nec talia eveniunt, qui hominum Sanguinem bibunt. A Deo, aut ab homine, infirmabitur, fovens infirmos; & infirmans sanos sospes erit. Malè inchoans ad piscetur bonum finem; & bene inchoans confundetur. Alius, dum defendit, offenditur, & alius defenditur, dum defendit. Quis talia dinumerare possit! quomodo igitur cessabimus à querelis? quomodo exclamabimus ad Deum? quis quietabit animos nostros? quis amplexabitur justitiam in suis effectibus tam diversam? nisi cum Apostolo dicamus: *ô altitudo Sapientie!* &c. Rom. 11. 33. Deo demus justam justitiam; nobis autem ignorantiam tribuamus: sicque quiescamus à talium discussione; si coram Deo esse volumus sine offensione. Temerarius est servus, qui totam Secretorum Domini voluntatem exhaurire festinat. Et superbissimum est nobis sub cælo, quærere, quod super cælos est resecretum. scire. -- Nam cum Deus sit summè justus, nihil injustum facit; sed omne, quod facit, eò ipsò justū est, quò ipse fecit. -- Et cum *nihil*, secundum Job 5. 6. *in terra sine causa fiat*; igitur causa nobis ignota, cur sic procedit, ex Deo justitia justa. Cum sit summè optimus, bonum operatur absque commixtione contrarij. Cum sit summè sapiens, non errat in opere. Cum sit summè misericors, nihil facit impiè. Cum sit summè potens, ordinem Universi, pulchritudinem justitiæ, magnitudinem imperij sui, dehoneltari per aliquod injustum non sinit. Simon *Cap. 1. I. cap. 25.*

Ut jumentum factus sum apud te. Pl. 72. 23. Non amplius hoc patiar, neq; ferā aliquid indagare, vel curioso inquirere eorum, quæ à tua Sapientia administrata sunt; verum instar jumentum tuos nutus sequar: sic enim à tua providentia non me distrahā. Nam, ut jumentum ducentem sequitur, quod non curiosè exquirat, quò trahatur; sic à tua gratia gubernatus, sequar & ego, minimè tuam providentiam curiosè inquirens, B. Theodoretus. hic.

Iste Dominus Deus noster. in universa terra Judicia ejus. Pl. 104. 7. Qualia Judicia? justitiæ, & misericordiæ: quoniam *misericors Dominus, & justus.* Pl. 114. 5. Hæc Judicia, licet quandoque horrida primò sint aspectu; in recessu tamen Deum amanti sunt jucunda; dulci nucleo sub duro cortice latentū comparanda. Pl. 118. 39. *Judicia tua jucunda.* Stengelius citat.

Pondus, & statera, Judicia Domini. Prov. 16. 11. Author *Cat. Græc.* sic explicat: non quovis modò justus est Deus; sed ita justus, & æquus; ut omnia ejus opera ad amissim, & quasi ad libellam, sint redacta. Ut enim illa, quæ ad bilancem expenduntur; ad eam rediguntur æqualitatem, ut nullum prorsus excessum; aut defectum, admittant: ita omnia opera Dei ad justum pondus exactissimè sunt facta. Porò Judicia Dei sunt varia. 1. Supplicia, quæ justè Deus peccatoribus ad mensuram scelerum adneditur, & infligit. 2. Præmia, quæ justis tum in hac, tum futura vita, pro mensura meritorum, impendit. 3. Sunt variæ conditiones, status, & sortes, hominum. 4. Sunt tentationes, & tribulationes: has enim justò judicid ita librat Deus; ut viribus hominis tum naturæ, tum gratiæ, congruant, ut ferendo sint. Rursum, sicut in libra, si in una bilance pondus imponas, altera prius depressa attollitur; sic Deus tribulationes corpori imponit; ut mens, prius in terram depressa, sese elevet ad Deum, & amorem celestium. Corn. hic.

Duabus velabant faciem ejus &c. Il. 6.

2. Cur faciem, & pedes tegunt?

Divinorum Decretorum principium, & finem; sive ordinem, & causas; & quò consiliò, quò fine, id à Deo prescribatur? nullò modò disquirere audent. Jubet ipse? conclusum est. S. Bernardus l. 4. de verb. Il. apud Escob. *Perf. Chr. t. 2. l. 9. Sect. 2. Obf. 8.*

Ex Novo.

Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Matth. 13. 27. S. Paschasius l. 7. in Matth. vox hæc, *unde habet Zizania?* plena admirationis, plena stupore, & pavore. Totum ergo se ignorare ostendunt, idcirco cesset humana præsumptio, cesset hæreticorum pravitas;

tas; quæ de divino Judicio, & præscientiâ Dei, temere aliquid definire, vel susurrare, præsumunt: cum & ipsi Angeli piè interrogando, se ignorare fateantur, quò judicio contigerit? S. Chrysol. l. 97. *Domine, nonne bonum semen seminasti? seminasti;* non feminavimus: nos, quod per te facimus, tibi semper nostro assignamus auctori: nos, præter tuam gratiam, nihil habemus! per quam stamus, movemur, & sumus; sine quâ jacemus, deficiamus, & perimus.

Volo & huic novissimo dare, sicut & tibi. Matth. 20. 14. Verbò volo docet nos Christus, quòd de voluntate divina, quæ semper altissimâ ratione operatur, non debemus inquirere; cur hoc, & illud, faciat? sed debemus nos illi maxime subicere, & conformare. Sylveira Ad. hic. Deus nobiscum nullò pacto constringitur, nullum chirographum donationis ex debito producere possumus cum ipso in Judicio. Unde damnata judicia, quare illi, & non mihi? quare in afficientibus sensum mihi, & non illi? quare plus mihi, quàm illi? quare quod illi, non mihi? Et hujusmodi querelis humana non cessat præsumptio Deum læsere. Non terrenus rex potest unum malefactorem de lege justa exitio tradere, aliumque in malefacto consimilem de misericordia liberare? Quæ ergo injuria facta est, qui est de justitia interemptus, si aliter de misericordia est liberatus? Simon Cass. l. 6. c. 21.

Ex Patribus, & aliis.

Quis intelligat, cur vivit alius insidians mortibus proximorum; & moritur alius, qui profuturus esset vitæ multorum? alius culmen potestatis assequitur, qui non nisi lædere studet: alius tantummodo læsos defendere concupiscit; & tamen ipse oppressus jacet. Alius vacare appetit, & innumeris negotiis implicatur: alius negotiis implicari desiderat, & coactus vacat. S. Greg. l. 29. c. 18.

Demus Deum aliquid posse, quod nos fateamur investigare non posse. Sanct. Augustinus epist. 3.

Omnia Dei justitiâ, & providentiâ, gubernantur; & quæ nobis non videntur habere rationem, justitiâ plena sunt, atque rationis. S. Hier. in c. 9. Jerem.

Noli à me sciscitari Dei consilium, & sententiâ. Nescis, quòd omnium ille curam habeat? quòd sapiens sit? quòd nihil agat contra rationem? nihil frustra? illum te magis amare, quàm proprij parentes ament; ac longò intervallò, & paternam, & maternam, sollicitudinem superare. Nihil igitur præterea quæras, neque ultra hæc septa transilias: satis siquidem sunt ista, superque satis, ad consolationem. S. Chrysof. l. 2. in ep. ad Rom.

Cur illorum non misertus, & horum misericors Deus; quæ scientia comprehendere, quæ potest investigare sapientia? non intelligimus Judi-

cantem, sed videmus operantem. Quid calumniamur justitiâ occulta, qui gratias debemus misericordiæ manifesta? Laudemus, & veneremur, quòd agitur; quia curam est nescire, quòd regitur. S. Prosper l. 1. de vocat. Gen. cap. 15.

Quæ causâ Deus hæc, de quibus loquimur, ita faciat; nolo à me requiras. Homosum; non intelligo secreta Dei: interrogare non audeo; & ideo etiam attentare formido. Sufficiat tibi, quòd à Deo agi cuncta cognosco. Salvianus de gubern. Dei l. 3.

Consideratio Judiciorum Dei, si cum debita humilitate, & reverentia, fidelis, & piè, cordis, suscipiatur; si cum captivatione intellectus, nullam existimo potiorem, vel efficaciorum, ad consecutionem legitimæ consolationis, viam divinitus largiri. Quòd sensit propheta Pl. 118. 52. *memor sui Judiciorum tuorum, & consolatus sum.* Et exultent filia Juda propter Judicia tua Domine Pl. 47. 12. Gerson l. 1. de consol. Theol. p. 3.

Judicia Dei vocantur occulta: incognita est causa, sed non incognitus est, qui fecit, aut permisit. Non potest esse injustum, quòd facit, qui semper est justus. Non est Domini, ut servo de negotiis tuis reddat rationem. Ubi in herò prudentia est, debet in servo esse reverentia: non es ô homo, Judicis tui judex. Stengelhus Jud. div. t. 1. in Procem. c. 3.

Nihil de viro bono mali suspicamus; consilia, facta, dicta, illius nunquam sinistrè interpretamur: cur de bono Deo malè cogitemus; qui nunquam potest fieri malus. Arbor bona potest arefcere, vinum bonum potest exipare; gemma bona potest perdere splendorem; homo bonus potest in vitia declinare; potuit & angelus bonus excidere: at consilia, justitiâ, & veritas, Domini manet in æternum. Pl. 32. 11. Possunt ipsi cæli veterascere; at Dominus nunquam deficit. Id. ib. c. 5.

§. II.

Judicia divina, & humana.

Abbumero & sursum Saul eminebat super universum omnem populum I. Reg. 9. 2. quò dictò brutum percussit vulgi judicium: cò quòd staturæ, non meritis, fæces adscribat. De Eliab autem ait Dominus ad Samuelem I. Reg. 16. 7. *nè respicias vultum ejus, neq. altitudinem stature ejus &c.* Sanct. Rupert. in l. Judic. cap. 21.

Quàm diversum judicium Dei à Mundi judicij: Apostoli dicunt, *ut quid perditio hæc?* Christus verò: *bonum opus operata est.* Matth. 16. 8. 10. Orosius D. Palm.

Illud apud te est preciosum, quòd in hoc Mundo sceleratis hominibus videtur abjectum. Cassiodorus in Pl. 59.

TITULUS XXVIII. JUDICIA HUMANA.

§. I.

*Errant sepe, & falluntur.**Exempla & Testimonia.**Ex Veteri.*

De ligno scientie mali, & boni nē comedas. Gen. 2. 17. Comedit Deus homini generalem licentiam comedendi ex omni arbore paradisi, excepto ligno scientie. Sed cur hoc lignum interdicitur? expedire homini videbatur, gustare poma hujus arboris; ut exinde bonum discerneret à malo. S. Ambr. l. de parad. c. 11. quia scivit, infirmum te esse ad judicandum, voluit obedientem esse mandato: idēdō præceptum posuit, de Castillo illar 195.

Judicia humana erroribus plena. *Risit Abraham*, acceptā de filio promissione à Deo. Gen. 17. 17. *risit & Sara*. Gen. 18. 10. hæc reprehenditur, ille non. Et Pharaō, & Abimelech, uxorem Abraham eripuerunt: & nihilominus Deus illum tanquam adulterum punivit. Gen. 12. 17. hunc tanquam innocentem absolvit. Gen. 20. 6. Et Gedeon, & Zacharias, signum rei ab angelo prædictæ habuere voluerunt, quis hominum noscat discrimen. Et nihilominus Deus Gedeoni tanquam fideli, morem gessit Judic. 6. 17. 36. Zachariæ, tanquam incredulo, vocem abstulit. Luc. 1. 20. Moyses, & Jonas, se à prædicando idololatriæ apud Deum excusarunt: & nihilominus Deus Moysi pepercit Ex. 3. & c. Jonam corripuit. 1. 15. Saul reprehensus à Samuele, & David reprehensus à Nathan, pariter responderunt, *peccavi*. 1. Reg. 15. 24. 2. Veg. 12. 13. Mendoza in 1. Reg. 1. Annot. 10. Sect. 4.

Digere paulisper vinum, quò mades. 1. Reg. 1. 14. Heli falsè censuit de lugente Anna: non bibit femina, sed oravit: non lugeret, si bibisset; nec resideret in tabernaculo, sed vagaretur in compitis; nisi foret abstemia. Oliva f. 4. D. 4. Quadr.

Non vales resistere Philisthæo isti. 1. Reg. 17. 33. Quam falsè judicavit Saul de Davide, dum singulari certamine contra Goliath pugnandum: nam staturam, & artem, respexit. Sed auditus ejus facinoribus: *leonem, & ursum, inersit*; eum in pugnam dimisit. Oliva conc. 29. f. 6. in Quadr.

Aliquando à longè videns, credo esse brutum, quod accedens, hominem agnosco. Ezech. 1. 5. *& in medio ejus similitudo quatuor animalium*. Porro. c. 10. 3. 20. *& intellexi, quia Cherubini essent*. An distincta currus inventio? Eadem planè. Quomodo ergo, quos animantes vidit, Cherubinos esse cognoscit? an quia oculi sæpe falluntur? Quoties putas, te in proximo vidisse bruti speciem; & te attentius consideratā, comperis esse Cherubinum? Ga-

Polyanth. Sacr. Tom. I.

par Sanchez. spectārat prius Propheta, procul tamen, quia spectabat in cælo: nunc autem, quia propius aspicit; non jam ampliùs animalia nominat, sed Cherubinos. Escobar t. 3. Coll. Chr. l. 8. Sect. 1. Obs. 3.

Ex Novo.

Sinite utraque crescere. Matth. 13. 30. propter similitudinem, quæ inter Zizaniā, & triticum. Mendoza in 1. Reg. 1. Annot. 10. Sect. 4. Monemur à temerario judicio abstinere: quia multæ virtutis actiones vitij specie objici solent. Inter lolium, & triticum, quando herba est, magna similitudo est; & in discernendo difficilis distantia. Deo reservandum judicium. Escobar t. 6. Parob. Chr. l. 10. Sect. 2. Obs. 1.

Infundens oleum, & vinum. Luc. 10. 34. Quam tardè ferenda de alijs sententia: quis enim videns Samaritanen iter arripere bene nummatum, varijs instructum delicijs, non illum Epicureum clamasset. At vinum, oleum, jumentum, nummi, non delicias domino, sed medicinam languido, ministrarunt. Olival. 13. Strom. hic.

Scio opera tua; quia nomen habes, quòd vivas; & mortuus es. Apoc. 3. 1. Nota, quàm sit humanis oculis cor humanum impetrabile. Mortuus erat apud Deum Episcopus Sardensis; animæ cadaver gestabat in fuomet corpore miserè sepultum; & tamen vivus, ac sanctus, credebatur. Ramirez hic.

§. II.

*Judicia humana sperne, ser patienter.**Ex Veteri.*

Ingredere tu - te enim vidit justum coram me. Gen. 7. 1. Addit signanter, *coram me*, id est, in oculis meis. Hinc inferes; quàm vanè sibi quis gratuletur, quòd vulgari, id est, imprudentissimò populi judicio, vivens, ac florens, cum misero Sardensi evehatur in cælum; si interim divinò, id est, oculatissimò judicio, mortuus, & in Infernum dejiciendus introspicitur. Ramirez in ep. 5. Apoc. 3.

Ambula coram me, & esto perfectus. Gen. 17. 1. Quasi diceret, ait Joannes Cluniacensis: mihi solum attende; cæteros non cures. Labora, ut mihi placeas; hominum gratiam susque, deque, habe. Ego enim sum Dominus Deus tuus; ego Judex. Si per me absolvaris; parum refert, quòd totus Mundus te condemnet. Si ego tua opera habeo grata, aliorum diçteria, murmura, & obtreccionem, nē cura. Didacus Niss. l. 6. c. 4. vit. Ab.

Kkk kk

Justus

Justus est lampas contempta apud cogitationes drivitum. Job. 12. 5. Sicut lampas de die contemnitur &c. ita iusti, & religiosi, apud potentes de die prosperitatis, & vitæ, nocte noctis eorum auxilium, & consilium petunt. Broymard.

Nigra sum, sed formosa. Cant. 1. 4. Nigra sum iudiciò Mundi, formosa iudiciò D.E.I. Card. Petrus de Aliaco. Nigram se dicit iudiciò Mundi; sed formosam arbitrio Dei: nigram in conspectu impiorum; sed formosam iudiciò angelorum. Hugo Card. hic.

Ex Novo.

Cui similes dicam homines generationis hujus? Luc. 7. 31. Dixerat, cui similes dicam? cur addit: & cui similes sunt? quia aliud est, dici aliquid, aliud esse: quamdiu enim aliquid non est, parum refert dici; dictorumque nulla ratio habenda. Si quis malus est, hoc metuat: neque curet; si fortè per injuriam talis dicatur. Didacus Nissl. l. 6. vitæ Abr. c. 4.

Tu quis es? Joan. 1. 19. Nec fama bonos, nec infamia, potuit facere criminosos. Et justus Judex, meritorumque liberator: non secundum famam, aut infamiam; sed secundum veritatem virtutis, & vitij, homines iudicabit Simon Cass. l. 3. in Luc. 3.

Mihi pro minimo est, ut à vobis iudicer &c. 1. Cor. 4. 3. Oleaster: quasi diceret: parum mihi est, qualis à vobis, aut ab humano die, aut etiam à meipso, iudicer: multum verò, si Deus, qui neque falli, neque fallere, potest, me bonum decernat. Si enim Mundi, aut vestrò, iudiciò, in illa tremenda die adstandum esset; meritò tunc curarem vulgi, aut vestra, iudicia: sed cum solus Dei tribunali adstandum sit, illius bonum iudicium mihi quarendum est.

Non invenio opera tua plena coram Deo meo. Apoc. 3. 2. Nam licet videan-

tur plena coram hominibus, non sic coram Deo; qui intuetur cor: ut doceat, humana iudicia spernere. Sylveira hic.

Ex Patribus, & aliis.

Prima virtus est Monachi, contemnere hominum iudicia; & semper Apolloli recordari dicentis: *si adhuc hominibus placere* &c. Gal. 1. 10. Tale quid & Dominus loquitur ad Prophetas. Ezech. 3. 8. Jer. 1. 18. quod posuerit faciem eorum quasi urbem æneam, & lapidem adamantinum, & columnam ferream; ne paveant ad calumnias populi; sed impudentiam subfannanæ frontis rigore contemnerent. Ingenua liberaliter educata facilius verecundia, quam metus, superat; & quos tormenta non vincunt, interdum vicit pudor. S. Hieron. ep. 26. ad Pamachium.

Verè poenitens libenter sedit iudicium humanum; ut meritò evadere possit iudicium divinum. Rich. à Vict. ut. de potest. lig. arq. solv. c. 5.

Homines invidia plerumque vituperant, quæ honesta sunt: At in cœlesti theatro res incorruptè iudicantur; & veritas omnibus suffragij comprobatur. Hoc ergo theatrum, quod delictare necesse est, bonis operibus oblectemus. Homines verò, qui nec pie viventibus premia tribuere, nec impiè vitam traducentes supplicij afficere, possunt; si, per invidiam, virtutis operibus vitiorum nomina imponentes, vitam Deo, atque Angelis, approbatam, fictis calumnijs, atque maledictis, fuerint infectati; ne moveantur. S. Nilus lib. Ascet.

Cum finis vitæ hominis venerit, rota volvetur rationis humanæ infra rotam iustitiæ divinæ: ut secundum virtutes, non secundum opiniones hominum, merita tribuantur. Simon Cass. l. 2. c. 14.

Regula fabrilis in aqua curvæ apparens. Lem: *Sibi constia recti.* Masenij symb.

TITULUS XXIX.

JUDICIUM RATIONIS.

Sit rectum de re omni.

Vidistuleum firmà radice, & maledixi pulchritudini ejus statim. Job. 5. 3. Quò locò expendit S. Gregorius illud *statim*: carnales quippe mentes, dum vident elatum, & divitem; illum magnificiunt: sed cum vident ejus interitum, iudiciò mutarò dicunt: ecce quàm nihil est omne, quod altum est in Mundo. Oforius l. 5. D. 2. Quadr.

Mendaces filij hominum in stateris. Pf. 61. 10. Agitur hic, juxta S. Basilium, de iudicio rectæ rationis; quod nobis datum est à Deo: ut discernamus, & quasi in staterè appendamus vera bona, & vera mala; apparentia bona, & apparentia mala. Bellarmius hic.

Statera dolosa. Prov. 11. 1. Hugo per stateram accipit iudicium rationis; quod rectum, & sacerum, est; cum in eo vera falsis, honesta turpibus, sancta profanis, præponderant. S. Basilium in illud: attende tibi; applicansque illud Pf. 61. *mendaces filij hominum in stateris*, ait: mendaces homines corrupta habentes animæ iudicia; quos & Propheta miseros prædicat. Vah dicentibus tenebras lucem &c. Corn. hic: Ugo Carenl. statera est rerum æstimatio: in qua si spiritualia præponderant temporalia, iusta est statera, & falsa.

Va! qui dicitis malum bonum. Il. 5. 20. Ubi regnat affectio, perit omne iudicium. Tanta enim odij perversitas in quibusdam mentibus regnat contra proximi sui bonum; ut illud abomi-

abominentur tanquam horridum malum : quod quidem omnino fieri non potest, nisi ex summa pervertitate malitiæ, per quam homo pervertit suum sensum proprium; ut merito dignus fiat illa maledictione divinâ, de qua Isaias: *Ve &c. S. Bernardinus t. 1. f. 23.*

Ex Patribus, & aliis.

Disce de rebus quibuslibet habere iudicium rectum, & incorruptum. S. Chryostomus in Pf. 44.

Tantum res qualibet diligitur, quanti aestimatur esse. S. Laurent. Just. opusc. de inter confl. c. 1.

Ex sola definitione rationis animæ movetur affectus: qui tunc commendatione efficitur di-

gnus; cum innicitur veritati; & tanti quodlibet iudicat, quanti est. Id. ib.

Quidam prius iudicant, & postea probant: ego, de potione, utrum dulcis sit, an amara, ante gustum non iudicabo. Sanct. Bernardus ep. 191.

Quemadmodum in speculis, quæ dextra sunt, sinistra; & quæ sinistra, dextra, apparent: & navigantibus rates stare, littora ambulare, videntur: ita ijs, qui perverso sunt iudicio, mens vertigine titubat. Stengelius t. 2. jud. div. cap. 2.

Magnes ad clavem, & fufum, adhibitis, illam trahit. Lem: *Id curas, quid pondus habet.* Borig.

TITULUS XXX.

JUDICIA TEMERARIA.

§. I.

Motiva vitandi.

Ex Veteri, & Novo.

Homo videt ea, quæ parent; Dominus autem intuetur cor. 1. Reg. 16. 7.

Scrutans corda, & renes, Deus. Pf. 7. 10. Nullus ergo homo æquissimi iudicis prævertat sibi assumere vices; neque ante tempus iudicet; donec veniat Dominus. S. Basilus hic.

Feci iudicium, & iustitiam. Psalm. 118. 121. Facit iudicium, quisquis iudicat contra se; & pravitates suas ante examen Domini iustâ execratione condemnat. Sed nè hoc iudicium adulatorium magis esse putares, quàm verum; addidit, & iustitiam: quoniam per iustitiam nos iudicamus, quando delictorum nostrorum vindices sumus. Cassiodorus hic.

Ante iudicium interroga teipsum. Eccli. 18. 20. Alij legunt: *Ante iudicium explora teipsum*: id est, antequam alios iudices, teipsum scrutare: & ita neminem iudicabis. Diez. Iudicium temer.

Cum sed erit Filius hominis. sedebitis & vos iudicantes. Matth. 19. 28. Non citius. Pinna Eth. 135.

Vidit ibi hominem. Matth. 22. 11. Solus rex vidit hominem veste nuptiali non indutum; ministri, & convivæ, non viderunt. Ad solum enim regem, seu Præsulem, pertinet, subditorum defectus aspicere, ut corrigant. Subditi suis actionibus, aut corrigendis, aut perficiendis, studeant. Escobar t. 6. Par. Chr. l. 1. Obf. 6. Quia malos in conscientia intus intelligere, non omnium est; ideo hunc malum solus Deus, terribilis, & rex magnus, invenit. S. Paschas. l. 10. in Matth. Unde per vestem nuptialem intelligunt Patres charitatem, bona opera, & vitam fidei Christianæ congruentem; cujus inspectores esse non poterant servi, sed Rex ipse, Deus ipse.

Polyanth. Sacr. Tom. I.

Simile erit regnum cælorum decem Virginibus. Matth. 25. 1. Quare eris? nunquid & modò simile non est? simile quidem est & modò; sed hæc similitudo nondum manifestè apparet. Nondum enim apparet, quæ virgines fatuæ sint, & quæ prudentes. Multæ enim exterius videntur esse prudentes, quæ interius fatuæ sunt.


Magna enim fatuitas est, jejunare, vigilare, carnem suam affligere; & per hoc nullam aliam mercedem, nisi vanam gloriam expectare. Nolite ante tempus iudicare. Ite ad venditores, ite ad adulatores, qui vili pretio laudis, & favoris, omnia bona vestra vobis furrpuerunt: quoniam ideo cuncta agebatis, ut videremini ab eis. Euseb. Emiff. in Natali Virginum.

De peccato quidem. Joan. 16. 9. Sanct. Bernardus in parvis 12. Spiritus S. arguit Mundum de peccato, quod dissimulat: de iustitia, quam non ordinat: dum sibi, non Deo eam dat: de iudicio, quod usurpat; dum tam de se, quàm de alijs, temerè iudicat. Apud Sylveira hic.

Ex Patribus, & aliis.

Quis homo iudicat de homine? temerarijs iudicijs plena sunt omnia. De quo desperavimus, subito convertitur, & fit optimus: de quo multum præsumpsimus, subito deficit, & fit pessimus. Nec timor noster certus est, nec amor noster certus est. Quid sit hodie; quisque homo, vix novit ipse homo: tamen ut cunque ipse sit hodie; quid autem cras? nec ipse. S. Aug. lib. de pastor. c. 11.

Amicus prava quæque recta iudicat; contra inimico, quæ recta sunt, ea videntur esse prava, atque distorta. S. Hier. ep. 61. ad Pamachium.



Kkk kx 2 §. 2. Ex-

§. II.

Exempla temerè judicantium.

DEus! gratias ago tibi. Luc. 18. 11. S. Doctus doctr. 6. neque ex hoc judicatus est à Domino, quòd purum à rapinis, injustitiâ, adulteriò affirmavit: neque quòd dixerit, *ut ceteri homines*: sed ob hoc, quia ad Publicanum conversus, neque, inquit, *velut hic Publicanus*. Tunc enim judicatus est, tunc actum est ejus vae. Judicavit enim ipsam personam, dispositionem mentis, &, ut breviter dicam, omnem ipsius vitam.

Percutiebat pectus suam. ib. 13. Suum, non alienum, non in alium refundens culpam, non causam, non occasionem, non suggestionem Sathanicam; sed seipsum criminans; qui, si nollet, nullò modò peccasset. Simon Cass. l. 6. c. 25.

§. III.

Qualis tu es, tales alios judicas.

Num. I.

In genere de bonis, & malis.

Non credent mihi, nec audient vocem meam; sed dicent: non apparuit tibi Dominus. Ex. 4. 1. Oleaster hic Annot. mor. cogitavi non semel penes me; unde hominis tanta diffidentia ad Deum suum? Cognovi ex eo esse, quòd, quales nos sumus erga D E U M, talem cum arbitramur erga nos: quia enim nos frequentissimè Deo promissâ mentimur; arbitramur etiam Deum nobis promissâ non servaturum.

Dixit Josue ad Moysen: ululatus pugnae audiri in castris. qui respondet: non est clamor adhoriantium ad pugnam; sed vocè cantantium ego audio Ex 22. 17. 18. Strepitus ab utroque auditur; & alter pugnam judicat, alter cantilenam. Pro suo quisque genio suspicatus fuit. Quid strenuus Josue, nisi clamorem belantium? quid suavissimus Moyses, nisi suaves modulos audiri putaret? Quasi impossibile credit innocens, aliquem reum esse. Insequitur Laban Jacob, arguens furti idolorum; cui ille Gen. 31. 32. *quòd autem furti me argueris, apud quemcunq; inveneris deos tuos, necetur coram fratribus nostris*. Credit omnes innocentes, quia ipse innocens. Alvarez in Gen. 37. Illustr. 45.

Quare discipuli sui transgrediuntur traditionem seniorum &c. Matth. 15. 2. Quoties Pharisei accesserunt cum his nanijs? questi de ijs, quòd spicas colligant in Sabbatho; quòd non jejunent &c. Quam sollicitam rationem habebant de vita aliorum, & non sui. Non est reperire, quòd Apostoli Phariseorum vitam judicarent: erant enim virtute præditi; qui suæ potius, quàm alienæ, vitæ rationem habebant. Imò cum aliquando illos Dominus interrogasset: *quem dicunt homines esse Filium hominis?* Matth. 16. 13. scientes quòd Pharisei eum vocarent Samaritanum, & habentem dæmonium,

noluerunt dicere. Illi vice versâ non advertant cordium suorum depravationem; & condemnabant, quòd in alijs peccatum erat. Dier. f. 4. D. 3. Quadr.

De corac exiunt cogitationes. Matth. 15. 19. Judicij, quòd de alijs facimus aqua, sapere terram cordis solet, per quam transit. Moses Barcephal. de parad. p. 1. c. 21. aquæ profoli indole, per quòd fluunt, dulciores, amariore, insulsiore, salsiore, evadunt. Simile quid dic, cum vides hominum quidem tam candidos, ut de omni re judicent bene, & in partem meliorem cuncta interpretentur: alios verò tam malevolos; ut omnia suspecta habeant, & in sinistram vertant.

Metallum liquefactum figuram sumit à forma, cui infunditur. Unde ex forma cymbali non prodit pila; nec ex forma pilæ decurrit cymbalum: sic etiam quisque judicat, & sentit, de rebus, quas videt, & audit, secundum formam cordis sui. Cor sanctum, & charitate plenum, quidquid in se recipit, probitatis formam ei tribuit, & æqui, bonique, consultit: cor verò iniquum, & malitiâ plenum, quidquid in illud ingreditur, malitiâ implet, ac vivo vertit. Dier. D. Quinqv.

Solis radij, fenestram penetrantes, assumunt eum colorem, quò vitrum infectum est: ita judicium cor mali pertransiens, quia cor ejus malo colore infectum. Stella de cont. Mundi p. 1. cap. 14.

Num. II.

Boni benè judicant.

Ex Veteri.

Quòd autem furti me arguis; apud quemcunq; inveneris &c. Gen. 31. 32. Sed quomodo bonus pastor de ovibus tam sollicitus, nè deficerent in via. Gen. 33. 13. modò adeò crudelem profert mortis sententiam in familiam, filios, servos, & uxores: à quovis enim poterat esse sublata. Abulens. hic: hoc dicebat Jacob ex magna confidentia innocentie suæ, & suorum; qui de se bene sciebat, quòd non furatus fuerit idola Laban; de suis autem id non credebatur. Sylveira in Matth. 2.

Puer non compares; & ego quòd ibi? Gen. 37. 30. Josephum in cisterna non invenit Ruben; & tamen non suspicatur à fratribus occisum: quia ipse alienus ab occasione ejus, ut patet in textu. Alvarez Illustr. 71.

Rogate Dominum Deum vestrum, ut auferat &c. Ex. 10. 17. Egressus Moyses de conspectu Pharaonis oravit Dominum. Sed cur sapientissimus Moyses verbis mendacibus credit? Card. Nicolaus Cusan: Spiritus verax Moysis, tantis Pharaonis mendacijs expertus, mendacem non reputat hominem. Sylveira in Matth.

Josue, citò credidit c. 9. 9. 15. adeò sancta erat illis temporibus fides, ut fallere aliquos posse non crederetur. Quis hoc reprehendat in sanctis, qui ceteros de suo affectu æstimant? Et quia ipsis amica est veritas, mentiri neminem pu-

tant; fallere quid sit, ignorant; libenter credunt, quod ipsi sunt; nec possunt suspectum habere, quod non sunt. S. Ambr. offic. 3. c. 20. apud Fernandium in Gen. 3. Sect. 12.

Ex Novo.

Ubi est, qui natus est &c. Matth. 2. 2. quaerunt tres Reges Jerosolymam venientes: putantes, quod in illa urbe de nulla aliare sermo haberetur quam de eo, quem investigabant. Stella de amore Dei Medit. 75. Civitatem ingressi, fervido animo, diserta lingua, sine timore, de rege mirè nato incipient percunctari: non autumantes displicere regentibus, & habitantibus civibus; sed congaudentes cum eis, quos de mirè nato gaudere putabant, tanquam de glorioso Domino, qui regnum Israel restitueret, & eriperet à tyrannide Romanorum. Simon Cass. l. 1. c. 12.

Quis cum audisset regem, abierunt. Matth. 2. 9. Non interrogarunt, quali Herodes esset ingenio; an sub illius varijs interrogationibus aliquod perfidiae fraudis venenum lateret. Theophyl. ipsi, tùm dolò carerent, putabant, & illum absque dolò loqui.

Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. Matth. 4. 19. at illi conrinuò &c. Cur tam facile credunt, quod piscari homines possint? S. Chrysost. ex illis ipsis, quibus capti erant, verbis, facile crediderunt, alios quoque per eadem à se capiendos. Pro more humilium alios ex se aestimabant: putabantque, neminem posse esse tam durò animò, qui non crederet verbis, quibus ipsi permoti fuerant: nec enim sibi tantum arrogabant, ut vel suspicarentur, sibi gratia aliquod privilegium speciale prae reliquis concessum. Didacus Niss. D. 10. Pent. §. 4.

Quod facis, fac etiam. Joan. 13. 27. Christus D. in cena tot indicia dedit proditoris; nullus tamen de Juda tale quid suspicatus fuit. Non aliud putarunt, quam quod Judas, qui loculos habebat, justus sit emere, quæ ad diem festum opus erant, aut egenis aliquid dare. Sanct. Laurent. Just. de triumph. ag. c. 7. innocentes Apostoli cum essent, & sancti; nil mali de proditore ausi sunt cogitare: quod nefas à se alienum non ignorabant, hoc condiscipulo adscribere verebantur. Didacus Niss. Pol. cœl. p. 1. l. 7. c. 8.

Hastitantes, de quo diceret. Joan. 13. 22. id est, quem Discipulorum notaret dicendo, *unum vestrum*: quilibet enim eorum, præter Judam, fuit sibi conscius de bono affectu erga Magistrum, & quod nihil tale proponeret, idem quoque de Discipulis aestimavit. Veruntamen certi de veritate verborum Christi, & quod magna esset fragilitas infirmitatis humanæ, putabant sic futurum: sed dubitabant, per quem? Imò, secundum Hieronymum, quilibet eorum timuit sibi metipsum. Dionysius Carth. hic.

Si tu sustulisti eum dicito mihi. Joan. 20. 15. Cum Magdalena Dominum in sepulchro

quaereret, ipsi Redemptori eum non noscens, dixit: *si tu &c.* Quia is, qui amat, putat omnes de eadem re, quam tractat, tractare; & quod quaerit, quaerere. Stella de amore Dei Medit. 75.

Cujus mandum est cor, is omnes homines mundos existimat. B. Isaias Abb. or. 10.

Num. III.

Mali male judicant.

Ex Veteri.

Omnis, qui invenerit me, occidet me. Gen. 4. 14. *Omnis ait*: quò verbò etiam patrem, & matrem, includit: nam qualis ipse erat, tales omnes rebatur. Didacus Niss. D. 5. Quadr. §. 4.

Jura mihi in Domino, nè deleas semen meum &c. 1. Reg. 24. 22. Quomodo sic dubitat de David elementia? cum tanta habeat testimonia. Quia, ipse crudelis erat: ex sua malevolentia Davidis animum judicabat. Sylveira in Matth. 11. c. 22. q. 13.

Nunquid vox hæc tua fili mi David? 1. Reg. 24. 17. Davidne ille es, quem loquentem audio? non satis mihi persuadeo, te esse illum, qui me nunc tam blandè compellaris, & vindictam promptam prætermiseris. Cur de hoc dubitavit? quia ipse erat vindictæ appetens, & durus; ita omnes sui similes putabat. Didacus Niss. D. 5. Quadr. §. 4.

Aman, cum esset superbus, quò à Mardocheo non adoraretur, superbiæ adscripsit. Eth. 3. 5.

Quare persequimini me sicut Deus? Job. 19. 22. Ita enim arguebant eum in sua miseria, ac si ipsi nihil more Dei de infirmitate haberent. Sylveira in Matth. 4. q. 20.

Omne sublime videt. Job. 21. 25. seu ut legit Theodotion, *omnem superbum intuebitur* (diabolus) Quod clarius explicat paraphrasis Nicetæ: omne sublime intuebitur: rotus enim superbia est, nihil humili mente pertractat. Cum diabolus sit superbissimus, quidquid ei mente objicitur, superbum, & elatum, apparet. Sylveira in Matth. 2. c. 8.

Posuerunt signa sua signa, & non cognoverunt. Pf. 73. 4. Gilbertus f. 14. in Cant. Signa sua seipsum in signum ponunt; cum ex suæ pravitatis regula alios metiuntur. *Signa*, inquit, quasi dicat: signa tantum, & non veritatem; signa non certitudinis, sed suspitionis. Ramirez in ep. 2. ad Smyrn.

In via stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos aestimat. Eccl. 10. 3. Nero, quò impudicis amoribus teneretur, omnes ipsdem teneri putabat; & neminem dari posse, qui concupiscentiam refrænaret. Bessius D. 1. Pent.

Kkk kk3 Ex

Ex Novo.

Tunc Herodes videns, quoniam illusus esset à magis. Matth. 2. 16. Albertus M. quia hic Herodes illusor fuit; ideo omne, quod ad votum malitiæ suæ non obtemperavit, illusionem reputavit.

Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Matth. 4. 6. Sicut diabolus concupiscentia vanæ gloriæ ipse ruit, de cælo, (nam cum esset Angelus, volens se ostendere Deum, perdidit & illud, quod erat; dum voluit appetere, quod non erat) sic putavit & Christum concupiscentiæ vanæ gloriæ ferri. Nam sicut difficile aliquem suspicatur malum, qui ipse est bonus; sic difficile aliquem suspicatur bonum, qui ipse est malus. Sylveira hic q. 26.

Nititur eos, quos tentat, ad excelsa ducere, & in altum elevare: ut, sicut ipse elevatus cecidit, sic & alios exaltando ruere faciat. Euseb. Emis. hic.

Venisti ante tempus torquere nos. Matth. 23. 29. Qualis es, tales iudicas alios: qui intempertivam hominum perditionem moliebantur, dum adhuc vivos sepulchris claudabant; jam pramaturò Domini adventu tenebrarum regnum perdendum suspicabant. Bæza t. 2. l. 7. c. 2. §. 8.

Video homines velut arbores ambulantes. Marci 8. 24. Non videbat proprium, sed commutatum; non in re visà, sed in suis oculis maculatis. Falsi rerum æstimatores de alijs extra se iudicant; prout intus dicunt concepta nequitia: & tales arbitrantur, quales ipsi depravati persistunt; & ipsi ad bona insensibiles, sic alios esse decernunt. Non erant arbores homines, quos videbat. Simon Cass. l. 5. c. 26.

Pater Abraham! Luc. 16. 24. Cur sermonem potius dirigit ad Abraham, quam ad

Lazarum? Theophylactus: confundebatur forsitan; existimans Lazarum vindictæ avidum: ex suis causis iudicabat illum.

Non, Pater Abraham. ib. 30. Cur dicit hæc dicit? quia ipse Prophetas nullò fructu audiebat: quæ enim ab ijs prodita extabant, propalam contempserat, fabularumque loco habuerat. Ex qua re conjecturam faciebat; suos ita fratres comparatos esse. Titus Bostrensis hic.

Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam. ib. A viro liberalissimo unam guttam solum petit. S. Aug. petit guttam, qui negaverat micam. Cum ipse tam fordidos fuerit, ut nec micam quidem panis etiam enixè obsecranti mendico dare voluerit; putabat Abraham, & Lazarum, similes sui fore. Didacus Niss. D. 5. Quadr. §. 4.

Obtulit eis pecuniam. Act. 8. 18. Cur audet Simon offerre pecuniam pro emendis divinis donis? Ambitio valde cæca; cumque ipse esset valde ambitiosus; alios tales iudicat. Sylveira hic.

In quo iudicas alterum, teipsum condemnas: eadem enim agis, qua iudicis. Rom. 2. 1.

Ex Patribus.

Nemo immundus mundus videri potest. Tertull. l. de idolol.

Hoc proclivius homo suspicatur in alio, quod sentit in seipso. Sanct. Augustinus in Psalm. 118.

Ad vitium impulsu difficilis natura, tarda est ad malum de alio suspicandum. S. Greg. Naz. Or. 17.

Qui ad vitium minimè proclivis est, is nec facile ad malum de alio suspicandum movetur. Id. or. 31.

TITULUS XXXI. JURAMENTUM.

Motiva vitandi.

Urgentes manè juraverunt sibi. Gen. 26. 31. Isaac, dum à rege Abimelech ad iuramentum adigitur, noctem solidam transigit; nec jurat, nisi manè. Cur non vesperi? invitus, credo, ad iuramentum adigitur; & proinde cunctatur. Putat Abulensis q. 4. post cibos decoctos à prima luce jurasse Isaacum; ut jurarent ex maturo consilio, & non ex impetu hilaritatis. Juratur plerumque inter patinas, quod non licet: Malum utcaverit Isaac, noctem precibus egit integram. Velloso in Judith. 1. Paræn. 18.

Juravi, & statui. Pf. 118. 106. De lege servanda jurat. Sed quid præmittit? *lucerna pedibus meis verbum tuum.* Sanct. Ambros. f. 14. hic: lux tibi præeat, si jurare disponis. Id. ibid.

Non jurare omnino. Matth. 5. 34. Pejerare omnino impossibile fit ei, qui jurare non novit. Magis impletur lex, peramphius abundat iustitia; si à juratione desistitur, ne perjurium subsequatur, quam si juretur; cum possit sequi perjurium. Tutius est causam non præstare peccatis, quam præstita remanere infonem. Simon, Cassia. l. 10. c. 21.

Iterum negavit cum juramento. Matth. 26. 72. Nec tamen fidem impetrat; nam iterum urgetur: *verè tu ex illis es.* Minus creditur hominibus, qui jurant frequentius. Sanct. Basilius in Psalm. 14. turpe est, sese, ut fide indignum accusare, & ad iuramentum confugere. Velloso in Judith. 1. Paræn. 18.

Hinc

Hunc ex animo morbum (jurandi) pellamus, ex foro submoveamus; ex venalibus tabernis, & reliquis officinis; & major nobis erit quaestus. Ne cogitatis, vos per divinarum Legum praevocationem vitae necessaria comparare. At iniquis: non credit; nisi mille juravero Sacramenta, non credit. Tu es horum causa, qui facile iuras: quoniam si id non faceres, sed omnibus constaret, quod non jures: mihi crede dicenti, quod his, qui mille devorant juramenta, majorem ipse fidem solo natu invenies. Sanct. Chrysof. hom. 26, ad pop. apud Drexelium Orb. Phæt. c. 30. §. 32.

Ulyssipone An. 1584. catechesis in publica platea docebatur. In hac adeo profecit puer; ut, cum hominem adultum prociarius jurantem audiret; in genua procubuerit, & summis precibus obsecravit, non ita juraret: neque enim tam leve, quam putaretur, esse peccatum. Erubuit reus ad has preces. Et, qui vocaris? inquit, qui tui sunt parentes? tacuit puer, & abijt.

Non tu, ait vir ille, puer es, sed Angelus Dei: emendabo me. Drexelius in orb. Phæt. cap. 30. §. 3.

An. 1593. Divione paedagogus schedam à suo discipulo scriptam reperit, legitque ignarus peccata scripta; inter cætera & hoc per scriptum erat: paedagogum meum temere jurantem non correx. Ea res sic hominem movit, ut omnem jurandi consuetudinem generose in se expunxit. Id. ib. §. 3.

Anno 1554. teste hist. Soc. JESU tomo 1. l. 14. n. 72. ad tollendum præcept, & inutile jurandum, multæ toti Catalauniæ principatu inflitæ sunt Sodalitates, sub Augustissimi Nominis JESU tutela. In has adscribebantur eâ lege sodales, ut, certâ sibi irrogatâ multâ, à temeraria jurandi consuetudine temperarent. Successu optatissimo salutare hoc inventum latè propagatum est. Itaque octo ipsos Catalauniæ Episcopatus nominis JESU Sodalitia in suas Leges traxerunt.

TITULUS XXXII.

JUSTITIA.

§. I.

Figura, & Symbola.

Quod si hostia pacificorum &c. Levit. 3. 1. In hac hostia suam habebat partem Deus, offerens, & Sacerdos. Et sic hæc hostia singulos pacificabat, id est, singulis, quod suum erat, reddebat. Hugo Card. hic.

Tria sunt difficilia &c. Prov. 30. 18. per quadruplicem hanc viam accipe quadrigam virtutum; quâ trahimur ad felicitatem æternam. Scilicet per viam aquilæ in caelo, significatur prudentia; utpote quæ mirâ polleb oculorum, ad videndum, & prævidendum acie. Per viam navis in mari, fortitudo; quâ contra fluctus, & procellas, tentationum Mundi hujus fortiter incedimus. Per viam viri in adolescentia, temperantia; quâ adolescentiæ æstus, & cupiditates, moderamur. Per viam colubri in petra, justitia; quæ cuique suum tribuit: sicut coluber repens per petram nihil illi adimit. Corn. hic.

Maria accepit libram unguenti &c. Joan. 12. 3. Quæcunque anima fidelis vis esse, cum Maria unge pedes Domini pretiosô unguentô. Unguentum illud justitia fuit; ideo libra fuit. S. Aug. tr. 50. in Joan.

Quod autem justitia liliū sit, recordamini de Scriptura: quia justus germinavit sicut liliū. S. Bernardus l. 70. in Cant.

Justitia similis ferro propter duritiem, quod omnia metalla domat. Ps. 2. 9. *reges eos in virga ferrea.* 2. propter multiplicem utilitatem: nam usus ferri magis est usui, & necessarius, quàm usus auri; licet aurum magis ab avaris diligatur: nam sine ferro Resp. non servatur securè, non ab hoste defenditur. Ferrô defenditur innocentia; tuta sunt regna, & reprimuntur malorum superbia. Sinè ferrô nul-

lum ferè inchoactum opus perficitur, nullum aedificium erigitur, agricultura non exercetur. Omnia hæc magis competunt Justitiæ. Geminiani l. 2. c. 18.

Cythereus omnes chordas, tam altas, quàm imas; parvas, & magnas, tangit, quando tangendæ sunt. Et Cantor debet vocem suam ducere juxta exigentiam Notarum. Broymard. Justitiæ æquitas.

Lux. Lem: *Rectâ diffunditur.* Vel: *Respicit aequè.* Picinelli.

§. II.

Justitiam ama, & exerce.

Justitiâ indurus sum - oculus sui cæco. Job. 29. 14. 15. Cur misericordiam in inopes memorans, seipsum justitiâ rediantem commendat? Radulphus hic apud Godefridum. B. Job opera sua enarraturus, quæ misericorditer indigentibus impenderat, præmisit, dicens: *justitiâ indurus sum.* Ille quippe bene agit, qui scit prius servare, quæ justa; ut collatus in proximos vivus misericordiam de justitiæ fonte ducat. Nam multi proximis quasi opera misericordiam impendant; sed injustitiæ facta non deserunt.

Sacrificate Sacrificium Justitiæ, & sperate in Domino. Psalm. 4. 6. En quomodo populo Justitia administranda. Vobis tribunal idem sit, quod Levitis altare: sententiam, ut victimam, honorate. Eâ curâ, quæ verba sacrosancta pronuntiat in consecratione, in qua omisâ per incuriam syllaba Sacerdotem facit divinæ Majestatis reum. Tunc Justitia sacrificium erit, dum, ad aram tribunalis vestri, mactabitur in hostiam, personarum acceptionem, principum promissa, spei jacturam, amicorum rationem. Oliva t. 1. c. 5.

Justi-

Justitia, & pax, osculata sunt. Psal. 84. 11. Sancti Augustinus hic; fac justitiam; & habebis pacem; ut osculentur se justitia, & pax. Si non amoveris justitiam; pacem non habebis. -- Si amicam pacis non amaveris; non te amabit: ipsa pax nec veniet ad te. Tu, quare litigas cum justitia? ecce Justitia dicit tibi: nē fureris; & non audis: nē adultereris; & non vis audire. Inimicus es amicæ meæ, dicit tibi pax; quid me quæris? amica sum justitiæ: quemcunq; invenio inimicum animæ meæ, non ad eum accedo. Apud Sylveiram in Apoc.

Suscitavit Dominus Spiritum Sanctum pueri junioris. Dan. 13. 45. Nota: nunquam Daniel dicitur puer, nisi modò. Necdum explicat somnium Nabuchodonosor, aut inter leones mittitur; sed modò veritatem, & justitiam, defendens. Ut Spiritus Sanctus doceat, quòd contra totum populum unus puer sufficiens sit, ad justitiam, veritatemq; defendendam. Sylveira in act. 4. v. 13.

In Episcopatu Colonienfi, oppidò imperiali, quod Dousburg dicitur; vidua quædam cerevisiam braxare, ac vendere, solebat. Die quâdam cum civitas casu fuisset incensa, & incendium domui ejus appropinquaret; illa non habens spem in auxilio humano, ad divinum confugit: nam omnia vasa, quibus cerevisiam emptoribus mensurare solebat, ad ostium domus contra flammam ponens sic oravit: Domine Deus, juste, & misericors: si unquam aliquem hominem his mensuris decepi, volo, ut domus hæc comburatur: si autem feci, quòd rectum est in oculis tuis; precor justitiam tuam, ut in hac hora respicias misericorditer necessitatem meam, & mihi, meæque suppellectili, parcere digneris. Et ecce, flammam omnia in circuitu devorantes à domo ejus Deus compescuit. Stengel. Jud. div. t. 2. c. 3. ex Casariol. 10 c. 31.

§. III.

Justitiam junge misericordie.

Cumq; ruleris de sanguine, qui est super altare, & de oleo unctioms; asperges Aaron, & vestes ejus, filios, & vestimenta eorum. Ex. 29. 21. Oleaster: unguentur Oleò, & sanguine; ut sciant oleum misericordie cum rigore sanguinis temperare.

Leones, & boves. 3. Reg. 7. 29. Inter cætera templi ornamenta leones, & boves; permixta ferocitas leonis, in mansuetudine Bovis. V. Beda: Sanctorum mentes habent cum leonibus boves, quando invectionem correctionis cum spiritu mansuetudinis exhibent. Sylveira in Apoc. 4.

Ponam in mari manum ejus, & in fluminibus dexteram ejus. Psalm. 88. 26. ait de Salomone. Cur sic divisæ manus?

aqua maris falsa, fluminis dulcis: misericordia habet priores partes. Dulcis, & rectus Dominus. Idem. ibid.

Beati, qui esuriunt, & sitiunt, justitiam. Mox sequitur: *beati misericordes.* Matth. 5. 6. Guaricus f. de OO. SS. nē zelus immoderatio in vitium feratur, sequitur misericordiam, quâ temperetur.

Similis erat aspectui lapidis jaspidis, & sardinis. Apoc. 4. 3. Viegas, Pererius: jaspide virente significatur DEI misericordia, sardis rubente justitia. His optime gubernatio omnis fulcitur. Sylveira hic.

Virtutes, si separatæ fuerint dilabuntur. Equitas sinè bonitate, severitas est; & justitia sinè pietate, crudelitas. Sancti. Chrysost. l. 14 f.

Justitia sinè misericordiam, est cæcus furor; & est ut cæcus sagittarius occidens hominem, cum debeat occidere vitium. S. Thom. Aquin. op. 38. de erud. principum. c. 15.

Vide Tit. Virtutes Cardinales.

§. IV.

Justitia justificans.

Sic decet nos implere omnem justitiam. Matth. 3. 15. Omnis justitia est, ubi nihil mali admittitur, boni demitur nihil. Simon Cass. l. 15. de just. Chr. c. 1.

Omnis justitia humana injustitia esse vincitur, si districtè judicetur. S. Gregor. mor. l. 9. c. 11.


Bona vinea justus, imò bona vinea justus; cui virtus vitis, cui actio palme, cui vinum testimonium conscientie, cui lingua torcular expressionis. S. Bernardus l. 63. in Cant.

Justitiam perfectè diligere est, jam justum esse: sapientiam, & multum amare potes, & ipsa carere potes. Richard. à S. Vict. lib. de Benjamin c. 2.

Quamvis sit DEUS omnium, per creationem, & gubernationem; specialiter tamen esse DEUS dicitur justorum tripliciter 1. quidem secundum specialem curam, quam de eis gerit. Psalm. 33. 16. *oculi Domini super justos.* 2. per specialem cultum. Ex. 15. 2. *iste Deus meus, & glorificabo eum.* 3. quia eorum præmium. Gen. 15. 1. *ego merces tua magna nimis.*

S. Thom. Aquin. in c. 1. Rom.

Lect. 5.



§. V. Justi-

§. V.

Justitia Pharisaica.

Nisi abundaverit justitia vestra &c. Matth. 5. 20. Quanam est justitia Phariseorum? & cur insufficientis ad regnum celorum? quia tota in apparentia hominum. Nam primò, ut docent Augustinus, Isidorus Pelus. Euthymius, Abulensis, docebant, & non faciebant Matth. 23. 3. Secundò justitia Phariseorum tota erat in exteriori: putabant enim, actus externos occidendi, adulterandi, esse peccata; non verò desideria, & concupiscentias. Tertio in afflictione corporis, non in observatione mandatorum. Sylveira hic q. 1.

Justitia Scribarum, & Phariseorum est, dicere, & non facere: ac per hoc Christus voluit

justitiam nostram esse abundantem super illorum justitiam, dicere, & facere. S. Augustinus l. de fide, & opere c. 26.

Pharisai, & Scribae, licet Sanctissimi vulgò haberentur; tamen à vera justitia multum aberrabant. 1. quia magis externas actiones, quàm internas affectiones, domabant: satagebant enim coram hominibus apparere Legis observatores, & justi. 2. quia Legis literam pravà explanatione pervertebant. 3. quia justitiam suam magis in caeremonijs, ac praesertim crebris lotionibus, quàm in vero sanctitatis studio, collocabant. Corn. in Matth. 5.

Vide Interiora.

TITULUS XXXIII. JUVENTUS.

§. I.

Symbola.

Manè astabo. Pl. 5. 5. Manè vitæ humanae: & sic Juventus dicitur manè. Sanct. Thom. Aqu. hic.

Manè semina semen suum. Eccl. 11. 6. hoc est, in tempore Juventutis: quia bonum est viro &c. S. Bonavent. hic.

Equis indomitus evadit durus, & filius remissus evadit præceps. Eccl. 30. 8. Hieroglyphicum Juvenis, & Juventutis, ejusque effranis concupiscentia, & temeritatis, est hoc, Pingitur adolescens equo indomito insidens, à quo in omnes partes raptatur. Huic occurrat quidam quarens, quò tam præceps abeat? respondet eques equum demonstrans: quò isti lubet. Quò scilicet concupiscentia rapit. Cornelius hic.

Venient ab Oriente, & Occidente. Luc. 13. 29. Ab Oriente Juventutis, ab Occidente Senectutis. Sanct. Vincent. Ferr. l. 5. in Epiph.

§. II.

In Juventute præclari sapientiâ, & rectitudine, prælati senioribus.

Fuit autem Abel pastor ovium, & Cain agricola. Gen. 4. 2. Cur prius junioris meminuit? S. Ambrosius l. de Abel & Cain c. 3. quia, etsi tempore junior, virtute præstantior est: innocentia enim tempore posterior est, quàm malitia: sed meritum nobilitate antiquior.

Joseph cum sedecim esset annorum, pascebat gregem. Gen. 37. 2. In ovium cura veri Pastoris, & Prælati, munus adumbrasse Josephum innuit Hugo. Alvarez Illustr. 20.

Polyanth. Sacr. Tom. I.

Puer autem Samuel. 1. Reg. 3. 1. Philo in antiqu. Biblicis putat fuisse octo annorum; probabilius duodecim juxta Suidam, Cedrenum, Zonaram. Dicitur Samuel puer: ut ostendatur; Deum non curare discrimen ætatis, sed prohibitatis; cum ad Pontificem, ad Judicem totius Israel, severius, quàm antea, arguendum, non vix annis gravem, sed puerum legavit. Theodoretus q. 12. ad arguendum Pontificem, qui se nuerat, adolescentulus dignus est habitus, cui Deus appareret. Eam ætatem antiquæ prætulit Deus, docens; quantum canitie est melior Juventus ornata virtute. Mendoza hic.

Adbuc reliquus est parvulus. - Surge, unge eum: isse est enim. 1. Reg. 16. 11. Imperfectus quidem David per adolescentiæ tempus; ad summam tamen divini cultus arcem evehctus est. Cujus mores Deus vel in medio grege admiratus regijs ornat sceptris. S. Basilus Seleuc. or. 14.

Noli discere, puer sum: quoniam ad omnia, qua misit am te, ibis. Jerem. 1. 7. Sanct. Ambros. in Pl. 36. juvenem non putavit, quem aptum prophetica gratia judicabat. S. Chrysof. in c. 3. If. contingit juvenes cordatos esse, ac prudentes: contra videre licet; qui unà cum stoliditate, ac delicijs, consueverint: nam & Timotheus juvenis erat; is tamen Ecclesias innumeris, qui senio incanuerant, sapientius moderatus est.

Suscitavit Dominus Spiritum Sanctum pueri &c. Dan. 13. 45. S. Ambr. l. 2. in Pl. 118. Daniel, cum puer esset, accepit spiritum; quò dignus senectutis primitijs haberetur; ut redargueret senes: ipse non senior longævitate, sed gratiâ. Cui competit Davidicum illud Pl. 118. 100. Super senes intellexi. S. Ephrem. l. 5. de timore Domini: expertis timoris Domini securitas cogitationem puerilem parit: & timor Domini etiam juvenes senes reddit. S. Ignatius M. e. p. 3. ad Magnesianos: Daniel sapientissimus duodecim annorum effectus, Spiritu Sancto repletus.

L 11 11

pletus est; & illos seniores, canitiem vanam habentes, calumniatores, & alienæ pulchritudinis appetitores esse manifestavit. - Salomon quidem duodecimò annò ætatis suæ regnare incipiens, arduam, & interpretabilem mulierum pro parvulis quæstionem terribili iudiciò dissolvit. Isaias verò octo annorum existens aras, & monumenta, subvertere cœpit, lucos excidere, templa dejicere, Domino consecrare. Propter quod non est contemnenda juvenus, cum Deo adjacuerit, atque adhæserit.

Alius Discipulus præcucurrit citius Petro. Joan. 20. 4. Cum ad sepulchrum citius Discipulus junior corpore advenisset, in monumentum tamen prior non intravit. Sape novitia virtus cum professa contendit: & quamquam videatur novitate ferventior; professa verò experientiâ solet esse perfectior. Simon Cass. l. 13. c. 14.

Nemo adolescentiam tuam contemnat. 1. Tim. 4. 12. Timotheus, quantum ad ætatem pertinet, juvenis erat: quantum ad mores, & conversationem; senior, & gravis. Quem ideo sic monet, ut profectus ejus per omnia exemplum esset bonorum operum: ut in adolescente mirabilis videretur, & gravis disciplina: ut actus ejus excusarent ætatem; & non quasi juvenis, sed quasi senior haberetur: & erubescerent majores natu, nisi se exhibuissent, juxta formam hujus, conversationis, & moribus graves; juvenes verò coævum suum haberent Magistrum. Mirabilis adolescens sanctissimus Timotheus! ejus exemplò indisciplina coercenda juvenus est, & seniorum irreverentia punienda. S. Ambros. hic. Pomum, quod ante alia maturefcit, gratius est, & pretiosius. De Bætio sic Ennodius: quem in puerilibus annis, sinè ætatis præjudiciò, industria fecit antiquiorem. Vix major vigesimò annò S. Thom. Aqu. orbem sapientiæ radijs illustravit. Alvarez, Illustr. 37.

Senior est, qui portat imaginem terreni hominis; junior, qui cœlestis. Sic ergo licet quilibet, quantum ad ætatem pertinet corporis, an-

nosâ vetustate decrepitis; junior erit apud Deum, perceptâ gratiæ novitate conversus. Sed iste junior gratiæ filius, homo novus, cantor novi Cantici, haeres Testamenti novi: ille junior non Cain, sed Abel; non Israël, sed Isaac; non Elau, sed Israël; non Manasses, sed Ephraim; non Heli, sed Samuel; non Saul, sed David. S. Aug. in Pl. 118. 9.

Hominum ingenia non sunt, ut vina probantur, ab antiquitate, sed a sanctitate. S. Hier. ep. 104. ad Desiderium, quæ est præfatio in Pentateuchum.

Præcedenti Sæculò fertur in India à Lusitanis visus ter centum quadraginta annorum; quiq; ter ad juventutem; Massis nostris teste, redijt. Doultreman de amore l. 1. c. 1. Sect. 3.

§. III.

Juventutem Deo impende.

Tempus faciendi Domine. Pl. 118. 126. Tempus adolescentiæ, tempus est faciendi. Tempus est fugiendi; quò te Mundus amœnus insequitur: tempus est resistendi; quò te mala occupare concertant: tempus est abstinendi; quò in te furibundus est sanguis: tempus est prudentiæ; cum prudentissimus inimicus tendicula parat: tempus est orandi; cum lingua non errat; cum genua flectere, atq; viriliter erigere, potes. Hæc omnia senectutem effugiant. Simon Cass. l. 8. c. 40.

Invidet antiquus hostis adolescentiæ hominum; quam affectat maculare delictis: novit enim, quod scribitur: *Adolescens juxta viam suam.* Prov. 22. 6. Id. ib.

Da labores Juventutis tuæ Christo; & in senectute gaudebis super pacatissimâ quietis opibus. Joan. Climacus de inanis vitæ fuga gradu 1.

